



**Christophori Longolii uiri doctissimi ad Luterianos iam  
damnatos oratio, omnibus numeris absoluta.**

<https://hdl.handle.net/1874/425977>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

C. LONGOLII  
Oratio  
ad  
Lutheranos.


E. Oct.

421









heologia

Octavo n°. 421.

N. 28. A.

# CHRISTO-

PHORI LONGOLII

uiri doctissimi ad Luterianos iam

damnatos oratio, omni-

bus numeris absor-

Iuta,

*Ex dono Bacchely.*

COLONIAE,

AN. M. D. XXIX



CHRISTOPHORI LONGO  
LII AD LVTERIANOS QVOS  
DAM IAM DAMNATOS  
ORATIO.

**S**i ea esset apud me causæ uestræ ratiō, ut  
neḡ uobiscum iam agi fas es̄c ducrē, &  
uos perpetuo quodam uoluntatis uestræ  
iudicio, ita de reip. Christianæ statu per-  
suasos putarem, ut nulla cuiusquam oratione ab  
ista sententia deduci possetis, non equidem com-  
mitterem, id ut negocij nunc deniq̄ suscepisse ui-  
deri possem, in quo nec à nobis, q̄libus maxime  
consultum uellem, ullam es̄c omnino gratiam  
initurus, & eos, q̄rum potissimum sequerer aucto-  
ritatem, etiam grauissime offensurus. Vos em̄ cō-  
siliorum uestrorum conscientia freti, aut labore  
hunc meum quasi inanem & superuacaneū asper-  
naremini, aut me non tam rebus uestris consule-  
re, quam temporibus seruire, ac etiā potentiorib⁹  
me uenditare statim iudicaretis. Illi contra, stu-  
dium erga uos meum condemnarēt temeritatis,  
qui uobiscum disceptatione & cōfilio adhuc age-  
rem, quos nulla ad sanitatem redeundi facta po-  
testate

## O R A T I O.

testate, & Pont. Maximus de amplissimi collegis  
sententia impietatis iam dñasisset, & Cæsar ipse ex  
Senatus autoritate etiam hostes iudicasset. Ve-  
rum cum ego uos, neq; ea esse arrogantia putem:  
ut cuiusquam consiliū temere despiciatis, & qdā  
humanæ mentis errore magis esse plapsos arbit-  
rer, q; ut, quod ipsi ducatis impiū, id ad extremū  
pertinaciter tueri uelitis, neq; de eo sanè dubite,  
sic uestrum de rep. iudicium adhuc esse damnatū,  
ut matura errati confessione, relictum depreca-  
tioni locum reperturi sitis, nihil me ab hominib;  
Christiani liberalitate alienum facturum puto, si  
me uobis hoc uestro tempore consiliarium obtu-  
Iero, & quæ mihi de rationibus uestris etiam atq;  
etiam cogitanti in mentem uenerūt, ea uobis accu-  
ratissime oīa fidelissimeq; hic exposuero. Etenim  
uobis omni assueratione cōfirmare possum, me  
neq; cuiusquam beneficijs auctum, neque alicuius  
Injurijs cōpulsum, neq; spe alia nisi uos recip. recō-  
ciliandi adductum, neq; omnino officium aliud,  
atq; boni uiri securū, huc descendisse. Christianę  
enim me ciuitatis esse ciuē memini, quē ex Chri-  
sti Opt. Max. instituto nō mō necessarios suos &  
sueis, sed alienos etiam, & hostes omni beniuo-

A lenta

lentia complecti oporteat, non ita quidē ut eorū  
uitijs indulgeamus (id enim ab amici hominis of-  
ficio est longe remotissimum) sed ut eos ab omni  
errore diligenter, amiceq; abductos ad bene bea-  
teq; uiuendi rationem traducamus. Quæ qui-  
dem una si uobis satis iusta officij mei causa esse  
uidebit, ut certe apud homines è religione Chri-  
stianos iusta existimari debet, & pia, æquum est  
etiam illud nos à uobis impetrare, ut sicubi à sen-  
tentia uestra abhorrere uidebimus, ne uos mihi  
apptere in odio esse suspicemini, q uobiscum ini-  
micitias nullas unquam gesserim, & casum istum  
uestrum semper sim miseratus magis quam uel  
oderim, uel grauioribus malis premendū censue-  
rim. Sed nec sanè rationibus uestris aliter com-  
mode prospicere queam, nisi causæ, cur à uobis  
hoc in genere discrepem, paulo interdum liberi-  
à nobis explicitur. In q; si cum aliq; doloris sensu  
uulnera uestra tractari nonnūquā continget, suc-  
currat uobis statim, cū esse me, qui nec illa fece-  
rim, & facta uehementer doleam, & ut aliquādo  
curentur, medicamenta unus hoc tempore adhi-  
beam. Quod ipsum si feceritis, nec me ulla animi  
cōtentione, sed sola opinionis dissentione à no-  
bis

## ORATIO.

5

bis dissidere existimabitis , simul utrumque (opinor) fiet , tum ut ea , quæ à me uobis ad salutem si dissime atq; amantissime proponentur , in eā ipsi , in quā spero & opto partē accipiatis , tum uero , ut neq; uos ullo tempore huius uestri silentij , ne que me impertiti uobis hodie consiliū magnopere pœniteat . Atq; ut inde potissimum orationis nostræ ducatur initium , unde tota nobis causæ huius suscipienda ratio est exorta . Quo loco fint res uestræ , uidetis . Et quanquam ex imperita multitudine nonnulli , rerum scilicet nouarum cupidi magis quā uobis amici homines , de eo uos laudare uideantur , quod præclarum quoddam aduersus paucorum potentia facinus fitis aggressi , tamen urgemini undique , & quod inuitus dico , sed neq; dissimulari iam , neq; negari potest , & uos à me , si non libenti , at æquo certe animo dictum audiatis oportet , omnes aditum uestrum boni defugiunt , omnes sermonem auersantur . Iudices postulatibus uobis ius denegant , principes nullum honorem communicat , sacerdotes uos à templis & sacris arcent . Ad quæ quidem si obfirmato animo iam obdurauistis , quod ipsum mihi facile persuadere non possum , quis em ullo Chri-

A iii stianæ

## LONGOLII

stianæ probitatis pudore, tam graue ciuium suorum de se iudiciū tam dissolute negligat & aspernetur? Sed tamen si ea uobis omnia contēnenda nunc putatis, nec nos fortunæ uestræ etiamdum pœnitet, & quemnam tum ratio uestra exitū habitura est, cum uos & Pont. Maximus, tanquam perpetuos religionis hosteis, diris omnibus defixerit? & Cæsar etiam bello acerrime perseq̄ cœperit? In Bohemiam, credo exulatum configuetis, eorum præsidio extremis temporibus usuri, quorum uos in causam demississe opinamini.

Quid autem, si duriorē illi, ut est profecto, conditionem uestrā quām suam arbitrati, noua se & aliena inuidia p̄mi nolent? Nam cū ipsi alijs atq; alijs inter se partibus sint infecti, nec leuius secū quām nobiscum dissideant, tū uero se neq; incredibili omniū mortalium odio ardere, neq; bonorū clemētia uel misericordia poti⁹ adhuc uiuere ne sciunt. Quod ut uoluntario exilio uos à legū seueritate apud eos uīdicare possit, sustinebitis ne tñ, ut preter miseræ atq; sollicitę fugæ calamitatem, non iam diuinæ ciuitatis ciues, & Christiani, sed aut Hussiani, aut Valdēses, aut q̄ uos ī numero q̄dam iam ponunt, exules Luteriani, & sitis & numeremini?

## O R A T I O.

meremini? Ego quidem quosnam potissimum appellarem, & in ipso orationis meæ aditu statim quæsiui, & hic nondū sanè reperio. Ciues? qui à Christianç ciuitatis consensu desciuistis. Hostes? qui Christi persuasionē adhuc profiteamini. Christianos? q Christianæ pietatis concordiæ aduersamini. Luterianos? q nondū ita puto insanistis, ut tam graui ignominia à nobis afficiendi sitis. Nec enim certe uos in ueterē reip. gratiā restitutūdos suscepissem, si de uobis, quēadmodū de ceteris, qui in eadem sunt causa, penè omnib⁹ oīno desperassem. Sed quocunq; uos dici nomine conueniat, & adhuc appellare fas sit, eqdēm nec quæ uobis apud Hermunduros Quadosq; subsidij spes ostendatur, satis uideo, qui uos ibi quoque firmis simis reip. præfidijs interclusum iri perspiciatis, semperq; inuisos Sarmatis, Sauromatis, Pannib⁹, Gallis, Ital⁹, Germanis, & cunctis ijs, quæ Herciniū saltū accolūt nationibus exosos fore nō ignoretis. Nec em̄ solū infestos habetis domi bonos omnes, sed exteris etiam gētes oēs inimicas. Quo nō em̄ terrarū, quæ non maria grauis istius uestri erroris fama iam peruasit! Aduersant scilicet cause uestre Hispaniæ, aduersant Britaniæ.

A iii oderūt

oderunt eam Dacç, oderunt Illirij, dñant deniqç  
illi ipsi, quos paucis annis ad religionis imperiū  
adiunctos esse audistis, Afri, Aethiopes, & indi.  
Atq; hæc ipsa cum talia sint, ut nihil mea senten-  
tia acerbius aliud fingi possit. Mortem mihi eq-  
dem ipse optandam putarem, si tam graui, non  
dico uel gentium uel ciuium meorum omniū, sed  
eorum quibus cum domi uiuo hominum iudicio  
damnarer. Tam afflictæ, inquam, res uestræ cum  
sint, ne illud quidem uobis solatio ut sit, etiam ue-  
ror, quod tuendæ reipub. causa in orbis terræ &  
iniqua ciuium uestrorum odia incurratis, nisi for-  
tasse sic uestram ipsi causam probatis, sic uos ama-  
tis, sic uobis placetis, ut cæteros mortales qui ta-  
men augustæ illius neq; p̄suasionis, neq; speci, neq;  
charitatis religiōe uobis cōcedant, oēs p̄c uobis  
inscitie, uecordiaq; condemetis. Quod q̄ super-  
bum sit, & à Christiana modestia alienum, ipsi p̄  
fecto intelligitis. Atq; hoc fieri quidem posse nō  
negem, ut uos recta sapere & uera sentire ipsi exi-  
stimetis. Sed unde illud tandem uobis constat,  
uos in eo solos bene sentire, in quo totam rem p̄  
desipere iudicetis, si tot maiorum nostrorum æta-  
tes, tantus hodie gentium consensus, si ad unum  
deniq;

## O R A T I O .

deniq; omnes quicunq; ulla uel doctrinæ uel iudicij uel sanctitatis laude floruerūt, magni & clari homines, in re toties decertata, & in eandem semper rationem dijudicata, errare potuerunt, uos non decipi, uos non falli, qui tādem potestis? An uobis modo Deum esse propitium, cæteris, à quibus colatur, omnibus iratum atq; infestum putatis? Non tam credo male neq; de genere humano, neque de natura illa ut præstantissima, sic etiam optima & certa mortalibus amicissima, iudicabitis. Sed ut illum à nobis scelera nostra alieniorem reddiderint, causam nihilominus tñ qua re uos unice complectatur, & quasi in delitijs solos habeat, nullā sanè reperio, quos ne qd grauius dicam, nec nobis esse meliores, & de eo etiam ipso pessime sentire omnib<sup>o</sup> sit persuasum. Nā qd uos, Christianæ legis atq; historiæ uerbis cum instum sensum perduci, tum in hūc reip. statum nisi contenditis, atq; ita deum immortalem, quasi consiliij uestri authorem, laudare soliti estis, nos uero ea ipsa uerba non modo aperte nobiscū facere, uerum etiam causam uestram funditus euertere contendimus, neq; sanè interim satis mirari possumus. Vos cum ea non uidere, quæ reliqui

A v mortales

mortales aperte uideant, tum uero uel tanta esse  
cōfidentia, ut quia qd sequamur nō perspicitis, ic  
circo consilium nostrum reprehendatis, uestrum  
ualere uelitis, uel tam angusti animi, ut ea de-  
mum, uel potius ea solum uera esse credatis, quæ  
ipsi cogitatione comprehendere, & animo cer-  
nere possitis, reliqua tanquam uana & falsa repa-  
rietis. Quod quidem cum facitis, mihi nimirum  
similiter facere uidemini, ac si lusciosi aliquot ho-  
mines, se solos lucis usura commodissime pfrui,  
cæteros qui acutissima oculorum essent acie, in  
altissimis tenebris uersari affirmarent. Nam quis  
uos (dicetur enim libere, quod res ipsa loqui-  
tur) quis uos aut inani prudentiæ opinione, aut  
alicuius certe præstigijs occætatos esse neget, q  
cum numero sitis adeo pauci, nec ita multum in  
liberali ingenuarum artium studio uersati, neq  
ulla diuini iuris cognitione satis instructi, neque  
ullo tractandarum literarum sacrarū usu exerci-  
tati, audeatis tamen notum, testatum, perpetu-  
um Populi Christiani consensum, hoc est, ut ego  
interpretor, Christi ipsius legem atque uocem  
præ opinionis uestræ errore arroganter conte-  
nnere, & qsi de explorata sententiæ uestræ ratiōe  
insolenter

## O R A T I O.

viii

Insolenter gloriari, quam tot seculorū p̄cūludicijs  
omniū gentium testimonijs, omnium eorum, quī  
unquā in ciuitate nostra uel sanctissimi, uel sapie-  
tissimi, uel eruditissimi sunt habiti, authoritate dā  
natā esse nō ignoratis? Sed hęc postea depostra-  
bunt à nobis subtilius & copiosius. Hic em̄ mihi  
planū q̄qmodo fecisse satis est, ne apud uos quidē  
ulla ratione, certa ea esse posse, quæ nec diuino u  
lo signo probent, & apud omnes mortales p̄ falsis  
constantissime habeantur. Relinquitur igit̄,  
dubia saltem adhuc ut sint. Quod si ita est, uidete  
(quaeso) qua fronte, qua ueritatis conscientia, q̄  
Christianī animi moderatione, pro re ancipiū &  
obscura, bellum certum & apertum aduersus rei-  
pub. concordiam suscipiatis, qui si ulla Germanę  
atq̄ ueræ illius modestiæ cura tangeremini, non  
tam uestris, etiam si iam olim s̄apeq; damnatae  
non essent, opinionibus duceremini, quām Popu-  
li Christiani iudicio atq; consensui seruendum  
uobis esse existimaretis. Neque uero illud uos,  
opinor, ab omni culpa uacuos p̄fitterit, quod  
nō nullos uerum subide afferre audio. Ea uos mē  
te, atq; animo in causam istā esse ingressos, nō ut  
enīsq; opes, aut authoritatēm dcleretis, sed ut  
Christianam

Christianam remp. quæ grauiter affecta, atq; de bilitata esset, in pristinā dignitatem aliquādo restitutam uideretis. Id enim ut à me contra multorum uoluntatem uobis nihil grauate detur, non continuo tamen laudi uertendum, atq; adeo ne tolerandum quidem semper fuerit, quicquid uel ab optimo aliquorum animo profectum esse constabit. Parum prudentes, & in repub. rudes homines si, p ingeniū sui natura, temere quidem aliquid & stulte, sed bona tamen fide dixerint, fecerint' ue, qd ad ciuitatis uel dignitatem uel utilitatē arbitren̄ pertinere, nemo eos confessim sceleris arguat, nemo impietatis accuset, uenia etiam & misericordia prosequent̄ oēs. At rursus ijdē illi in sapientiæ suæ priuatim, publiceq; diligēter admoniti, si in eo, quod temere miscere cōperunt, tuēdo insolēter pscuerent, seditiosorū hominū tum infamiā iure suberint, tū etiā pœnam recte sustinuerit. Quod enim initio imprudentia & error dici potuit, facit scilicet pertinacia, ut sceleris, cōtumaciæ, factionis nomen accipiat, & ea, quæ est de maiestate, pœna iudicetur: sic cum ipsi omnia Christianæ reip. constituendæ causa à uobis tum fieri tum dici prædicatis, possit uestra quidē laudari

## O R A T I O.

13

dari oratio, consiliū aut̄ non uehemēter ab optimo quoq; non reprehendi: qui cum alia noua & pñciosa inducitis multa, tū uero sublato summi Pontificatus principatu, rempub. uel stultissimo cuiq; perturbādam, uel etiam audacissimo cuius diripiendam euertendamq; obiçcitis. Sed hæc im prudentiæ uestræ culpa fortasse sustinuerit. Illud autem cuiusmodi tandem esse dicemus, aut q̄ nomine appellabimus? quod nihil reueriti neq; maiorum nostrorum instituta, neq; Christianæ ciuitatis disciplinam, neq; sacrorum religionem, neq; summi imperij maiestatem, neq; ciuium uestrorū iudicium, neq; adeo eorum, qui uos ab isto errore abducere conarentur, monita atq; præcepta, à nobis ad impiam Hussianorum Valdensiumq; sectā nulla neq; publica neq; priuata (opinor) cuiusq; compulsi iniuria, subito defecistis? Hoc aduersus remp. animo cum diu fueritis, mirandum quidē non est si ab ijs hostes aliquando iudicati estis, q̄s ipsi prius hostium numero habuissetis, q̄ illi & si bi & Po. Christiano quicquam à uobis, eiusmodi metuendum esse suspicari potuissent. Sed quādo de status, sententiæ, ac periculi uestri ratione satis disputasse multa uideri iā possumus, nūc qđnā  
uobis

uobis consiliū capiendum sit , dum ueniæ tempus  
adhuc integrum est, diligenter consideremus . Et  
quia salutis uestræ rationem apud homines Chri-  
stianos exploratā esse, atq; planè explicatā iudi-  
co, si de sententia ista statim decedentes, eo tan-  
dē reuertramini, unde uos nunquā discessisse opor-  
tuit , quo id uos quidem in manu uestra etiā nūc  
est , maturius atq; libentius factum uelitis , pri-  
mum dicam qua facilitatis uestrę culpa in frau-  
dem istā incideritis . Deinde de eo, quem potissi-  
mum auctorem secuti estis, à nobis agetur. Tum  
quęcūq; is contra reipub. causam attulit, ea diluā  
omnia , falsaq; & inanissima prudentiæ esse ostē-  
dam. Postremò quonam uobis modo cum rep. in  
gratiam redeundū esse cēseam, summa, tum fide,  
tum diligentia aperiam atq; expediam. Culpam  
enim uestram hanc esse duco, qđ pluris unius ali-  
cuius sermones, qđ totius reipub. autoritatē atq;  
iudiciū feceritis. Nam & si reperiiri aliquem inter  
dum posse non dubiū est, qui ea sit ingenij acie p-  
ditus, id ut perspiciat , quod bona mortaliū pars  
non satis uideat, tamen nō continuo ea, quasi de  
ccelo in animum cuiuscumque delapsa , à nobis o-  
mnia recipienda sunt, quæ ab acutissimis fortas-  
sc

## ORATIO.

Se quibusdam hominibus, sed parum uel prudenter, uel etiam bonis quotidie excogitantur, presentim si ad labefactandam reip. Christianæ concordiam, in qua nobis esse debet omnia, spectare atque pertinere illa uideantur. Nam quænam tandem firmandi reip. status, non iam dico fiducia, sed omnino spes nobis ostenditur, si pro ingenio uel libidine potius & amentia seditiosissimi cuiusque leges, atque maiorum nostrorum instituta, in disceptationem uocare cogamus? Neque enim tam bene cum genere humano agit, ut aut quæ optima sunt, eadem quoque placeant omnibus, aut lex ulla ita describi possit, ut omnium rationibus pariter deferuiat, quod ipsum tamen nullo eorum, qui leges nobis tulere, uitio commissum uideri debeat, sed ira potius natura quodammodo comparatum esse, ut infinita rerum temporumque uarietate, in tanta iniquabili hominum ipsorum tutu fortuna, tuu sensu, omnibus peraque consuli & similiiter pspici non possit, itaque semper boni ciuis esse duxi non quid cupiat ipse, aut quid item alter, quando stante rep. commode stare non queat, sed quod pluribus probet, & legum scriptoribus optimum usum sit, id ipsum æquum statuere & rectum iudicare.

Addo

Addo etiā qd illud grauissimis, atq; sapietissimis  
uiris placuisse audio, satius esse interdum aliquid  
à maioribus non omnino optime constitutum to-  
lerare, q id multarum rētatum usū receptū & cō-  
probatum, dū quasi iniquū tollere uolumus, uni-  
uersae ciuitatis ocium atq; pacem perturbare, aut  
ctiam in aliquod seditionis discriminē eā adduce-  
re. Ad hāc enim pestem, id etiam accedit mali, qd  
dum leges aliquas, tanquam malas facile abroga-  
mus, improborū ciuium animos figendis refigen-  
disq; tabulis assuefacim⁹, quo ipso nihil plane sit  
ciuitatū saluti neq; calamitosius neq; exitiosius.  
Atq; hanc ipsam ego sententiam cum optimi cu-  
iūscy iudiciū secutus magis q quid forte rebus me-  
is conduceceret, mecum reputans, semper probau-  
tum uero, si nihil de eo iure, quod sempiternæ fa-  
luris causa in perpetuū constitutū esset, mutaret,  
laudandum cum primis censui. Quod in hac cer-  
te causa usū nobis nunc uenisse, nec uos ipsi plane  
ignoratis. Neq; enim, opinor, nobis aliud persua-  
sum, aliud à duodecim illis uiris qui omnem per-  
suasionis nostræ rationem formula quadam com-  
plectēdi ius à Christo Opt. Max. accepissent, con-  
scriptum esse aut traditū existimatis. Quod cum

## O R A T I O.

IV

ita sit, nec is cuius sectam secuti estis, recip. Christianæ summam atq; fundamenta publicis moribus conuelli, sed nouam quādam minimeq; necessariam administrandæ ciuitatis rationem multis iam seculis inductam, & quasi per man<sup>o</sup> nobis traditam atq; receptam esse initio quereretur, fides ei illico habenda non fuit, nec si quid forte probabili, populari' ue ratiōe ab eo disputabat, id quasi ex oraculo editum temere amplecti atq; constantissimo gentium omnium iudicio à uobis anteponi statim debuit, qui sciretis, à multis, nō docendæ quidem ueritatis studio adductis illis, sed uel odio uel inuidia incensis, uel etiam, qua maxime præclara tentant<sup>r</sup> ingenia, contra dicendi, iactandæq; doctrinæ cupiditate concitatis hominibus, multa in dies singulos & uaria studiorū monumenta passim conscribi, atq; etiam in apertum proferri. Evidē Nestorium, Arrium, Iouinianum, Donatum, Vigilantii, ac reliquos ueterū seditionum authores, rerum nostrarum tam imperitos non fuisse arbitror, id ut ex animo ad extremum probarint, in quo à cæteris tam impudenter dissidentirent, sed eos uel ostentandi ingenij, uel nominis sui illustrandi propagandi' causa, uel

B spem

spem aliam huiusmodi aliquā ambitiose secutos,  
ad eas excitandas in Rempub. turbas descendisse  
mihi nonnunquam penē persuadeo. Atq; i; ipsi ta-  
mē cum multo grauioribus, tum quām nunc Mar-  
tinus Luterus sententijs pugnarent, magnaç nō  
solum uulgo ingenij eruditioñisq; laude, sed eti-  
am apud quosdam Reipub. principes, sanctitatis  
opinione diu concionati fuissent, sunt ad extre-  
num summo bonoꝝ omnium consensu, tanquam  
Christianæ paci atq; ocio inimici, ex Republica  
expulsi, & in exilium tandem acti, damnata quo-  
que eorū memoria, & publice exustis monumen-  
tis, quibus turbulentæ suæ mentis consilia cōmen-  
dassent. Quæ utinam uobis in mentem tum uenis-  
sent, cum primum Martinus Luter⁹ popularibus  
iñtis suis concionibus, & insidiosissimis scriptis, iā  
olim Reipub. imposta quidem illa, sed uel obdu-  
cta cicatrice iampridem percurata uulnera refri-  
care est aggressus, maiorem credo, Reipu. quām  
concionum eius rationem habuissestis, uobis qui-  
dem certe & rationibus uestris commodius pro-  
uisum esse hodie intelligeretis. Sed de nimia ista  
uestra credulitate, & ad cuius temere assentien-  
dum facilitate haçtenus. Non em uercor ne non  
quam-

## O R A T I O.

15.

quamvis breui admonitione , satis tamen edocit  
iam sitis, uel ad perspiciendū quę uos potissimum  
res in hunc errorē incāutos pertraxerit, uel ad  
cauendum ne uos post hac auferant aliorum con  
silia, tum uobis, tum etiam reipub. perniciosa. Pro  
ximum est, ut de Marti. Luteri, quo quidem uno  
duce in istam opinionem aberrastis, ingenio atq;  
studijs paulo accuratius agamus, q; ipsa in eo sunt  
nimirum huiusmodi, ut me quoq; culpat uestrat so  
ciūm aliquando fuisse confitear, haec tenus tamen  
ut de eo bene senserim, non etiam ut ipsius de Re  
pub. iudicium bonorum sententiam sanctius esse  
unquam duxerim. Nam cum mihi interdum uide  
batur moueri acute, rum oīum ordinum mores  
castigare scuere, tum uero optimatū caussam ad  
uersus unlgi imperitiā tueri religiose . Sed qd de  
me ipse loquor? qui ut minime oīum sum suspicio  
sus, ita ab ijs præcipue, q;s mihi aliqd naturæ, reli  
gionis' ue lumē cōmendet, facillime falli possum ?  
Compertū eīm habeo, etiam bonorū plerosq; q in  
dignoscēdis uel ex ipsa, q magna ex pte fallacissi  
ma ē, oīone hoīm īgenijs, magni & acerrimi ha  
berent iudicij, illi iniūcio ualde studuisse, atq; adeo  
iurgia, & prælia accusatorum eius sustinuisse.

B 2 Quem

Quem enim sibi non conciliaret, non dico libell⁹  
is, quem de Christiana libertate nuper edidit, sed  
uel una illa homine planè christiano digna, atq;  
iustissima indignatio? qua is sibi amplius feren-  
dum esse negaret, ut quorundam theologor⁹ uel  
ambitione, uel inscitia, Aristoteles religionis no-  
stræ caput & uertex haberet, Christus ipse in ea  
uix crurum aut etiam pedum munere fungeret.  
Et profecto multa scriptis ille suis, presertim que  
prima in manus hominum uenerunt, complecten-  
tatur, quibus & ætatis nostræ uitia grauiter inse-  
ständo, magnam probitatis suæ opinionem exci-  
taret, & res magnas magnēq; deliberationis co-  
piose tractando, interiorum quoq; & recondita-  
rum literarum cognitionem promitteret. Et qđ  
iam tum obscure quedam iaciebat, quibus, ut nūc  
equidem opinor, uel sanior⁹ animos leuiter pre-  
tentaret, uel turbulentis ingenij spem nouarum  
rerum aliquā iniiceret, tamen si qua ratione scri-  
bendi initiū sibi fecerat, eadem cætera persequi-  
tus fuisset, cum uobis, sibiq; omnino consuluisse  
melius, tum etiam ipse inter Christianos scripto-  
res locum hodie teneret, neq; planè obscur⁹, neq;  
sanè contemnendum. Sed me nihil æque sefellit,  
atq;

atq; religiosa illa, & modesta deprecandæ impietatis, pertinaciæq; cautio, qua passim ille usus, q; cunq; de reip. Christianæ statu noua adducereret, tum deniq; si ea collegio amplissimo, Pontificiæq; in primis Maximo probarentur, sibi probatū iri testificabatur. Evidem cū iniquū esse ducerem, eum à me ex natura mea non fingi, peiusq; de eo q; de me existimare, præsertim cū illa eadem saepius confirmaret, non modo bona illum nobiscū fide agere, & in officio fore credidi, sed cōmodius etiam omnia facturum quām scripsisset, existimauit: etenim quem non ad excitandos ciuileis motus, iam olim damnatas q̄rundam factiosorū sententias scelerate infidioseq; repetere, sed doctorum hominum ritu eas disputando scienter atq; perite attingere arbitrarer. Nam cui per Deum immortalem, quicquam tale subuerteri in mentē uenisset, præsertim uel in tam alta pace, tantaq; omnium ordinū concordia, uel ab istiusmodi homine, q; inter nos natus, inter nos educatus, inter nos institutus & doctus esset? qui se Aurelij Augustini uiri tū doctrina, tū sanctitate clarissimi, & in repub. maximis causis, difficultimisq; temporibus cogniti atq; probati æmulum profiteretur?

B iij compluresq;

compluresq; iam annos inter eius familiæ soda-  
les iuratus, si non aliqua cum laude, sine ulla cer-  
te insigni ignominia uixisset? Ne multa, omnia pri-  
us arbitratus sum fore, q; ut in eo tantum uel ex-  
taret sceleris, uel reperi retur perfidiæ, quem ego  
& si nunq; à me uisum, amabā tamen, idq; tū reip.  
quam mihi ex animi mei sententia capessere ui-  
debatur, caussa, tum etiam communii studiorum  
artiumq;, quibus illum mihi coniunctissimum esse  
sperabā, gratia. Sed non diu licuit bene de eo spe-  
rare, qui quid animo aduersus rem p. agitaret, no-  
bis occultum esse diu noluit. Alteris enim scriptis  
nemo suspicari non cœpit, quid à primo spectas-  
set, quid quæreret. Tertijs porro editis, nemo tam  
cæcus fuit, quin omnem illam pietatis existima-  
tionem ad confirmandam Hussianæ sectæ impie-  
tatem collectam esse perspiceret. Verūtamen est  
quod ei magnam nihilominus gratiam habeam<sup>o</sup>,  
qui illum nobis errorem statim eripuerit, & abie-  
cta boni tum uiri, tū ciuis persona, sui consilioq;  
suor; penitus cognoscendi p̄tatem nobis fecerit.  
Vidit em tandem, uidit qd oīno futuri erat, neq; do-  
los posse latere diutius suos, q se iā primis illis q-  
ue disputationibus in suspicionē seditionis apud  
acutio-

acutiores q̄sdam homines uenisse intelligeret, ne  
que qd clām machinaret, id eo, quem à principio  
sperarat, exitu conclusum iri, paucos cī omnino  
ea ratione ad caussam suam adiūxit. Rediit igi  
tur ad male dissimulatos mores, cōspicitq; aperte  
Remp. oppugnare, quā antea cuniculis cuertere  
frustra tentasset. Sed qd egerit hō religiosissimus  
& idem eo pudore præditus, ut iam un⁹ optimā  
tum nationi conuiciū, suo quodammō iure faciat,  
operē preciū fuerit cognoscere, tāetsi uos nō igno  
ratis, qui ea quemadmodū agerentur, multi spe  
ctare potuistis. Ver⁹ quia sic ferē hominum uita  
est, ut quæ non facta nolimus ipsi eadem dum au  
dacter fiant, & secunda aliqua fortunę aura feran  
tur, nescio q̄ modo, rite quoq; & ordine, & iure si  
eri existimemus, qd tum forte, cum Lutero cona  
tus ex animi sententia procedere uidebant, min⁹  
absurdū in eo uobis est uisum, idem hoc uro tem  
pore l' alio leuiter uos admonēte intolerabile &  
impiū fortasse uidebit. Iā primū facta manu, latus  
suū armatis hoībus stipauit is uir, q̄ Ch̄riano ho  
mini uel ad arcendā barbarorū uim ferrū aspicere,  
religiosum esse affirmaret. Sed ex q̄ tandem hoīm  
genere istam ille sibi, quasi prætoriam cohortem  
B + descriptis

descripsit? Nempe ex eo, cui bello ciuili opus esse  
diceret. Sic enim ad nos allatum est, sic etiam cō-  
spirationis istius fautores confitentur, ita tamen  
ut inimicorum potentia metuq; coactum, ad ex-  
trema eum consilia descendisse causentur. Sed q;  
cunq; ratione ad nouissimum auxilium descende-  
rit, & se militari manu sepserit homo Christian<sup>o</sup>,  
quiq; sibi nihil unq; magistratum imperio anti-  
quius fore, solenni sacramento pollicitus esset,  
neq; se pro tuendis Christi præceptis ullum mor-  
tis genus recusaturum semper prædicasset, certū  
est omnes eius prouinciae damnatos, omnes igno-  
minia notatos, omnes ære alieno oppressos, oēs  
exilio infamiaq; dignos m̄ta spe & promissis ab  
eo teneri. Præfectos autem tam numerosę cohori-  
ris eū habere duos, atq; hos ipsos concordiæ chri-  
stian<sup>o</sup> multo inimicissimos, Alterum summo qui-  
dem loco natum illum, & ualentem sanè hominē,  
sed tamen audacia magis & fæuo inter eas gen-  
tes latrocinio, q; generis nobilitate insignem. Al-  
terum equestris ordinis, at nō item census, quem  
pridem deuorarit, nudum planē, neq; tamen aut  
infantem, aut infacetum equitem. Illius cum bo-  
na militiæ opera uti audio, ob s̄pē spectaram ho-  
minis

minis tum spoliandis iugulandisq; q illac iter fa-  
cerent, negotiatoribus, tū in depopulandis finiti-  
morum agris, uirtutem atq; diligentiam. Huius  
gloriosa domi exquirere consilia, quippe quē cō-  
stet animo esse tam seditioso, quam iam sit mul-  
tis acceptis uulneribus ad bella gerenda corpore  
infirmo & prorsus inepto. Nostis puto hominē,  
altero crure claudum, humero strumosum, oculo  
captum, ac morbo tum comitiali, tū eo, qui libidi-  
nem eius obscēnis pustulis īdicet, foede misereq;  
confectum. Scurrā illum dico equitem, qui cum  
miros u<sup>p</sup> scriptis suis risus uulgo facere conetur,  
non minus tamen crudeliter bonis omnibus inte-  
rim minitans, bellum reip. indicit atq; denunciat.  
His itaq; ille preclaris ducibus, quasi duabus incē-  
dij sui facibus fretus, neq; tamen interim ignar<sup>o</sup>,  
quam apud ociosam perditamq; plebē grata esset  
futura fortunaru bonorumq; omniū adæquatio,  
ac iucunda in primis principū uirorum exagita-  
tio, munire se hac qq; ratione cœpit, hoc est codē-  
tpe & plebis uicē miserabilit̄ deplorare, & princi-  
pes ipsos ī crimē inuidiāq; absentes uocare, & in  
bonos oēs q iure qua iuria noīatim declamare.  
Q<sup>z</sup> cū apd<sup>r</sup> populares suos sibi nō oīno īcōmode

v cadere

cadere uideret, simul & graui illa denunciatione  
incensus, qua sibi hō modestus aliqñ tandem edi-  
ctum fremeret, nisi ab ea mente desisteret, atq; im-  
probis concionibus finem faceret, fore, ut neque  
amplissimo collegio cōfiliū, neq; Pont. Maximo  
authoritatē, neq; bonis omnibus ad cohercendos  
seditiosorū conatus facultatē uirtutēq; decesseret  
intelligeret. Ea inquam quasi atroci cōtumelia in-  
citatus, animum statim ad arma & uim adiecit,  
nihil iam nisi atrox & crudele cogitans, nihil nisi  
monstra loquens, Pontifici, Collegioq; iratus, &  
ijs omnibus qui remp. saluam uellēt, infestus atq;  
intolerabilis. Hinc crebrae illae turbulentæq; con-  
ciones, hinc tot propositi paffim famosi eius atq;  
sacrilegi libelli, hinc toti Europæ, diuisa tot im-  
pia impij hominis scripta atq; monumenta, qbus  
eos, qui à solitudine nomen induissent, uoluntari  
os Christianæ reip. seruos, omni sacramenti reli-  
gione exolutos, ad libertatem uocaret, exilib⁹ re-  
ditum pararet, tabulas nouas induceret, ac reda-  
cto in ordinē Pont. Max. itemq; ceteris amplissi-  
mis sacerdotib⁹ omnib⁹, publici cōfiliij authorita-  
tē, sacrorū curationē, religionū interpretationē,  
uniuersum deniq; ceremoniarū ius, non mō ad ple-  
hem

bem transferret, sed prophanis etiam hoībus cōi  
caret dicā, an contaminandū uiolandūq; propo-  
neret? Omitto ea, q; contra sancta maior; nrorum  
instituta, de diuinæ hostiæ ratione, de religiosa il-  
la & iustifica scelerū confessione, de pontificia cri-  
minum abolitiōe, de manium expiatione, de sa-  
cris maritandis ordinibus, infirmandis iudicij,  
abrogandis legibus portenta inuexerit, quæ & si  
Ieuiores quædam ad euersæ reip. mala accessiōes  
uideri possunt, sunt eius tamen generis, ut nō mi-  
nus quam illa pestifera sint, & ad animorum no-  
strorū insaniam perniciēq; scelerate excogitata.  
Quorsum igitur hæc cōmemoratio? quorsum? ut  
quod aliqua fortasse animi perturbatione impe-  
diti adhuc facere non potuistis, aliquando p̄spici-  
atis, aut quanto uestro periculo iste insanias, aut  
quantū ciui ingenio tribuendū sit, qui non modo  
de prisca illa Heroicorū temporum maiestate in-  
stauranda nihil sincerū cogitet, sed ad miseras il-  
lus reliqas, quæ una consentiētis ciuitatis cōcor-  
dia niterent, delendas noua qdā atq; importuna  
Iaudacia graſſet. At eī ita affecta sunt pleraq; oīa  
& debilitata reip. mēbra, ut ciuiis planē nō sit, q̄ i-  
sta p̄phet, uel etiā tacit⁹ ferre possit, q̄si uero, qm̄  
cæteris

cæteris ferè ornamentis suis resp. orbata sit, ocio quoq; & pace, & in qua hodie una acquiescimus ciuiū consensione à nobis metipsis cā spoliari conueniat. At iam pridem ueram illam & germanā cum pacis atq; ocij, tū etiam gubernandæ reip. rationem ita amisimus, tantaq; est perturbatio rerum omniū, & confusio, ut bono cuiq; dissimulandum iam non sit. Quis uero hoc negat? quis non uidet? quis priscam illam uel nascentis uel adolescentis religionis Christianæ ætatem non defiderat? quis non deniq; bonorum in extrema hæc tempora ætatem suam incidisse, uehementius dolor, & interdū etiam igemiscit? Ego quidem ipse, q sacerdotum, uel potius reip. causam hic uideor agere, quam si ago, uestra certe potissimum cauſa nunc ago, ego ille inquā q me sacerdotū nationi fateor esse amicissimum, cum reip. casum atq; orbi in tatem uobiscum lugeo, tū uero multa in plurimis eorum q publico consilio præsunt, desidero, idq; præ me semper tuli, mihi non satis probatos esse ne antistitum quidem ipsorum mores, q̄s pugnabitibus illis inter se uitij, luxuria & auaritia, ignavia & ambitione, haud leuiter infectos esse negare nemo potest. Sed cū remp. non iccirco odire, qd deformior

deformior sit, sed potius eius uicem dolere debeam<sup>o</sup>, & miserari, quod huc calamitatis reciderit, tum etiam alia est omnino improbandæ causæ, alia uitæ hominum improbadæ ratio, aliud reip. Christianæ statū damnare, aliud malos magistratus accusare: quanquam si uerun fateri uolumus, huiusc mali causa non tam in principibus & magistratibus, quam in nobis meti ipsis tota residet, q<sup>u</sup> cum sciamus quid factu sit optimum, eoq<sup>ue</sup> nos leges & patrū decreta uocent, nescio q<sup>u</sup> tamen modo malum<sup>o</sup> in eos q<sup>u</sup> remp. gerant, culpam omnē semper transferre q<sup>u</sup> uel nostram ipsi quandoq<sup>ue</sup> agnoscere, uel etiam legibus ipsis parere. Illud q<sup>u</sup> dem sanè inficiabitur nemo, aliquanto esse adhuc tolerabiliores eorum mores, quorū nunc in potestate sunt omnia, q<sup>u</sup> nostra ipsorum hodie uita meatur. Nec enim dubium est, nos multis nostris peccatis in hanc reip. noctem iam pridem incidis se. Sed qd uitijs nostris molliore oratione blandior<sup>e</sup> ipsi nos, ipsi scilicet, uel ambitione, uel cōmodo, uel alia quis cupiditate nostrā ducti, principes sua sponte haud ita malos, uel etiā omnino bonos ad hoc genus uitę solicitamus, dū eos modo inter se cōmittimus, modo in priuatos concitamus

tamus, modo obiecto falsæ gloriae splendore de-  
prauamus. Quid multa: stet in statione, quā q̄sīp  
sortitus sit, & in uigilia sua pars ciuium optima,  
statim fungent̄ officio u' inuiti suo, & magistrat̄  
omnes, & recip. principes omnes. Necq; uero hęc à  
me perinde dicuntur, quasi principū flagitia pri-  
uatorum scelere excusata esse uelim, scio em̄ quā  
tum iż cæteris omni uirtutis genere præstare de-  
beant, q̄ omnibus imperant, sed ut ista labes ho-  
minum, omnia omniū delicta in solos principes  
tam acerbe conferentium, in sese aliquādo ipsi de-  
scendant, atq; profligate recip. causas tum sibi, tum  
sui similibus magna ex parte acceptas referendas  
esse cognoscant. Sedentes ne igitur, & per ocium  
tam perditorū temporum cursus spectabimus.  
Minime nos quidem, sed huic tanto malo pro se  
quisq; studiose opitulabimus. Quonam istuc mo-  
do: Non seditiosis quidem concionibus tumultus  
excitando, non exitiosis scriptis bonos territan-  
do, nō improbis secessionibus spem sceleratis o-  
stendendo, non frameis & gladijs fidem de foro,  
ius de tribunalibus, autoritatē de rep. auferēdo,  
non eo deniq; auxilij genere, qd ipso morbo mul-  
to fit grauius atq; perniciosius, huic pesti succur-  
remus,

## O R A T I O .

remus, sed ijs plane remedijs, quibus Benedictus, Franciscus, Dominicus, Bernardus, ac ceteri amplissimi, p̄suasionisq; nostrę amantissimi viri, suis quisq; temporibus labenti atq; inclinatę reip. opem ferendam sapienter iudicarunt. Quibus nā istis? Precibus, lachrymis, ieiunijs, summa totius uitæ innocentia à Christo Opt. Max. suppliciter contendendum est, ut p̄ cuius reip. salute ipse se deuouendū putarit, hāc ægrotā, ac prope deposita, aliquā respiciat, eiusq; principib; eā det mentē, atq; facultatē, ut quæ sustineāt munera, ea iipi rite atq; ordine tueantur & obeant. Nec interea tam nobis cessandum arbitror, sed quibus hominem Christianum armis sine suo scelere alijs vim afferre licet, ijs nimirum rem geri placet, hoc est, tum priuatim tum publice cunctos ad leges servandas admoneri, ad uirtutē cohortari, studiose doceri, seuerius etiam interdum obiurgari, sed ita ut uitia, non homines odiisse videantur, atque nos in primis tales præstemus ipsi, qualevis esse ceteros & cupimus & æquum censemus.

Mutationem uero reipub. cuius & fundamenta Christus ipse iecerit, & ædificationi semp'fauens præsensq; numē eius adfuerit, me qđem authore molietur

molier nemo, etiam ut uulgo in ea grauiter pec-  
cetur. Nullis enim hoc, opinor legibus, nulla in-  
stitutione, ut ne qui peccent, hoc quidem tempo-  
re præstare possis. Nam erunt uitia, ut quidē est  
in prouerbio, donec homines, ut uero nobis san-  
cte persuasum est, quoad iam senescente, & ad exi-  
tum tendente mundo, genus humanum omne di-  
uinitus resipiscat, & ad Christū Opt. Maxi. unum  
amandum, colendum, uenerandum toto pectore  
incumbat. Interea si q̄ sunt animo tam tenero, ut  
quæ fiant neq; ferre, neq; uidere, neq; etiam audi-  
re possint, licet abstrudant se, uel in remotas ali-  
quas, & ab omni arbitro liberas, uel sequant̄ has  
ipsas, quas in medijs spectamus oppidis cū religi-  
ofis clausas septis, tum ab omni prophanorū ho-  
minū usu uacuas solitudines, in quibus uiros bo-  
nos innumerabiles, & olim tranquillam ætatem  
egisse, & etiam nunc optimæ suæ mentis consci-  
entia fretos atq; beatos, confidere nō ignoram<sup>9</sup>.  
Sit hæc igitur nobis quidem coſtituendæ, corri-  
gendaq; reip. Christianę adumbrata atq; iſforma-  
ta ratio, quæ ipſa nec à diuinis pæceptis est alic-  
na, & sanctissimorum uirorum exemplis multa-  
rumq; ætatum usu comprobata. Sed ut ad eū, de  
qua

## O R A T I O.

33

quo nobis instituta est oratio redeamus, obsecro  
uiri optimi, quale uobis spectaculum illud uisum  
est: cū Mart. Luterum inter perditos illos, & sce-  
lestos homines medium, regio spiritu incidentē,  
atq; ex desperata illa plebis fece in concionem cē-  
forio supercilio conscentem intueremini: cū  
uero eundem in reip. principes nominatim aper-  
teq; incurrentem, cū in uirorum sanctissimorum  
memoriam petulantissime perorantem, cum tot  
summorū Pontificum decreta, tot Po. Christiani  
scita furiose & impie comburentem, breuiter cū  
illum inflammato ore, ardentibus oculis, Pont.  
Maximo sacris interdicentem, Italiae uastitatē,  
urbi Romę excidium crudeliter & immaniter mi-  
nitātem audiretis, uenit ne unquam uobis in mē-  
tem de Iesu Christi conseruatoris nostri, & gene-  
ris humani parentis pudore atq; patientia quicq;  
cogitare? Qui cum ea esset uirtute ornatus, ut dī  
uinitatis exempla ederet omnibus admirāda, ca-  
doctrina instructus, ut doceret, quæ essent ad ani-  
morū salutem, immortalitatemq; optima, ea po-  
testate præditus, ut posset non dubie omnia, nul-  
lum tamen aduersus eius ætatis principes insolē-  
tius uerbū protulit, ac ne tum qdem, cū ad seruile

C suppliciū

Supplicium ab importunissimis hominibus indignissime raperetur, quicquam questus est. Quid nihil esse questum eum dico: quem in crucem ipsam iam actum, & omni adeo cruciatus genere laceratum, eis ipsis, qui illam fibi fixissent, bene precatum esse constet. Atqui nouus iste noster legum scriptor, se ad illius unius innocentiam & sanctitatem uitae suae statum omnem direxisse apud uos interim magnifice gloriabatur. Eo quidem certe nomine ceteros ciueis, etiam eos qui iam olim de rep: Christiana optime sunt meriti, fastidit & aspernatur. Aspernat autem: immo uero contumeliosissime ubique illos exagitat, & insectat. Anacletum quidem, qui & Romae pontificatum summum gesserit, & pro Christi persuasione impij ferri crudelitatem non dubitanter subierit qui porcum, qua belluam identidem appellat. Isidorum virum religiosissimum, & quod ante Luterum nemo negauit sacramrum literarum peritissimum, nunquam ferè nisi canent cognominat. Eum uero qui Leontis nomen ex Romanis pontificibus princeps secutus sit, nec literis minus & eximiis cuiusdam doctrinæ gloria quam singulari quodam morum grauitate atque pietate floruerit, quasi ambitiosum & uanum ubique compellat.

Bonaventura

Bonauenturam ex Francisci Assisiatis familia, at  
quem uirum planè diuinum, tanq; nihil & ine-  
ptum hominem paſſim deridet. In Thomam ue-  
ro Aquinatem uirum amplissimū, quo quidem e-  
tas illa neq; doctius aliud tulit, neque religiosius  
quicquam uidit, modo quasi in praestigiatorem  
& sophistam ingreditur, modo tanquam in impe-  
ritæ multitudinis mancipium atq; uulgi adulato-  
rem inuadit. Sed quid singulos colligo? quasi aut  
melius ista ipse norim quam uos, qui omnibus pe-  
nè cius concionibus intersuistis? aut tantam illius  
in uiros optimos atq; clarissimos, quorumq; uir-  
utes iam consecratæ sint, & in diuorum numero  
collocatæ feritatem, sine summo animi mei dolo-  
& commemorare possim? Sed tamen, qualia  
uobis, per deum immortalem, uisa sunt conuicia  
illa quæ ex impuro illo & sacrilego ore in homi-  
nes de rep. ita meritos euomerentur? Mihi qdem  
eadem modo legenti, eam orationis speciem præ-  
buerunt, ut non eius qui se hodie unum omnium  
Christi studiosissimū esse p̄dicet, uerba mihi uide-  
ter agnoscere, sed barbarem potius & immanem  
in nomē Christianū grassantis uel Celsi cuiusdā, uel  
Porphyrij, uel Mahumetis ipsi⁹ uocem exaudire,

C iij Ne

Ne hic eos à me probari existimetis qui unū uel  
Io. Scotū, uel Thomam Aquinatem semper in ma-  
nibus habeant, ament, dilaudent, Paulū uero Tar-  
sensem atq; q̄tuor illos Christianarū rerū autho-  
res religiosissimos, aut penitus ignorent, aut qua-  
si non satis exquisitos in disputando atq; accura-  
tos Theologos negligentius legant, aut etiam  
aspernent. Nam si qua unquam in re mihi Luter-  
minime uisus est desipere, in eo est certe, qd hoc  
ipsum hominū genus acrius à se & s̄p̄ius obiur-  
gatum esse uoluerit. Verū non iccirco neq; Scotū  
neq; Thomam neq; illi⁹ ordinis cæteros, quasi te-  
rrimi alicui⁹ sceleris reos, perpetua oratiōe in-  
fectari debuit, q̄s & summa uitę integritate, & ad  
mirabili q̄dam diuinarum humanarūq; rerū co-  
gnitiōe optimi cuiuscq; iudicio cōmēdatos ēe nō  
ignoraret. Neq; uero sum rerū humanaꝝ tam ru-  
dis, quin sciam eos, q̄s quasi diuinis quibusdam &  
artibus instructos, & moribus ornatos admira-  
mur, homines tamen fuisse, hoc est tales, q̄ potu-  
erint tū aliiquid nescire, nam q̄ etiam facile sum-  
mam doctrinę laudem sunt consecuti, multa sciue-  
runt, non omnia, tum à summa illa recte uiuendi  
ratione nonnunq; aberrare. Vni enim adhuc Iesu  
Christo

Christo uirtus perfecta perpetuaq; contigit, sed illud item certò scio, cū probi esse existimatoris, & in censendis magnor; uirorū ingenij haud q̄q̄ iniqui uitia pensare uirtutibus, tū ubi maior uitae atq; ingenij pars steterit, eò nos animi nostri iudi ciū atq; sententiam omnem ingenue ac liberaliter conferre oportere. A qua qdem recte existimandi æquitate q̄ longe Mart. Luter<sup>o</sup> absuerit, il lud uobis satis indicarit, qd in omnes ferē sacros scriptores sed in hos potissimum quasi minorum gentiū persuasionis nostræ interpretes furent<sup>r</sup> in uectus, alios indoctos & ineptos, alios nugas & barbaros, alios scenicos & poëticos, alios impostores & impios, alios belluas, canes, porcos, asinos uocitarit, atq; his etiam multo fodiorib<sup>o</sup> sex centis uocabulis fibi in perpetuum notādos defingendosq; duxerit. Esto nullam illi politioris humanitatis partem attigerint, nullam rerū exteriarū memoriam tenuerit, nullos temporū ordines, nullos ætatum gradus cognouerint. Deniq; literas quidam planè nescierint, iusta ne tamē tandem sit causa, ut homines sanctissimi, & quod constat, è disciplina Christiana doctissimi, q si qd deliquerunt, non in religione, non in rep. peccau-

C iii runt,

## LONGOLII

runt, sed in leuiorum tantummodo studiorum cognitione rudes extiterunt, ab isto nescio quod contumeliosissimis nominibus petulantissime diuexentur. Et mirat adhuc quisque uestrum, Luterum apud bonos omnes male audire, quod tam maledicus sit, uel ab ipsis, ferreum ipsius os graui interdum conuicio uerberari, quod sibi perpetuam iustamque pro tantorum virorum ornamentis propugnationem suscepere, aduersus eum hominem quod omnis humanitatis oblitus, neque sacræ mortuorum memoriae unquam pectavit, neque quicquam habeat deliberatus quod in eorum studia, literas, uitam contumeliose increpando, omnium nominis uel perpetuas tenebras offundere, uel ad posterios infame id & notatum transmittere. Sed alio prorsus, alio, atque tu speres, hoc amentissime exitures tota concludebitur. Nam & illi quam adhuc apud oculos mortales dignitatis uirtutisque suæ gloriæ obtinuerunt, eam apud omnemque posteritatem in Augustissimorum monumentorum suorum religione facile tuebitur, & tu, quod unum potissimum præpostere ambis, quod ut potiare oīa diuina & humana iura peruerteris, assequere quidem illud, & fortasse uiues, sed in peccata, mihi crede & in ignominiā nobilitat' uiues, non sanè alii scelere tuo sempiternæ hominū memorias

## O R A T I O.

39

moriæ cōmendatus ac Iudæ perfidia, Arrij infania, Dioscori arrogantia, cæterorūq; seditionorū impietas hodie cōmemorat, & ab optimo q̄q; de testata uulgo etiam execrat. Vos autem ne hæc à me acriore ullo in hominem odio asperius dici existimetis, q; & si dignissimus is est oīno, q; non modo aperte, uer; etiam gratis libenterq; cū rep. suscepit bellum, impie gerat, tamē ita Christū propitiū ipse habeam, uosq; saluos uideam oēs, ut cum quoq; saluū & in columē nobiscum esse iā pridem studui, & etiam nūc exopto. Atqui reip. deesse non possum, cui tam sum amicus q; q; maxī me, necq; uos ab ista mēte deducere nisi fontes sceleratissimi eius consiliū aperiam, & q̄lis is sit, q; duce à recta religionis uia, in Hussianorū sectā aberratis. Vobis hic planū faciam, idq; paulo q; uelim nonnunq; seuerius, ne nos uidelicet causæ nostræ par; confidere existimetis, si cū hoste multo leui quām ille cū ciuib; suis egerit, semp agere uideāmur. Sic em uos ab eo p̄suasos esse audio, ut qsq; sentiat optime, ita improbos insectari acerbissime. Qua quidem ratione & si in neminem iustius q; in illū ipsum qui hanc legē tulerit, eamq; contumeliosissimis suis etiam scriptis fanciuenterit,

C iiiij inuicti

nehi nos & declamare oporteat , tamē erit apd<sup>d</sup>  
me antiquius qd uel causæ nostræ dignitas postu  
let , uel etiam hoc in genere natura mea ferat , q  
quid petulantia eius atq; odiosa peruersitas me  
reatur , nisi si quando fortasse importuna eius au  
dacia uiictus atq; expugnatus , ab hac animi æqui  
tate deijsiar . Quod sicubi casu aliquando contige  
rit , par erit , opinor , ut iusto meo dolori ignosca  
tur , nec ego me indigna dicere existimer , cū illo  
digna qdam dicere , interdū uidebor q me eo ne  
cessitatis pertraxerit , ut modestiam meam fine  
summa præuaricationis suspitione tueri non po  
tuerim . Quare uos ne in ca qdem opinione diu  
tius errare patiar , ut cum si non satis neq; pruden  
tem , neq; in scribendo moderatum , bonū saltē ui  
rum & frugi esse arbitremini , quem quasi conti  
nentem & integrū hominem nonnulli uulgo cō  
mendare non desinunt . Ego enim si quem ea in  
tegritate præditum esse certo sciam , ut nullis au  
ritiæ sordibus capiatur , ea grauitate & pudore se  
ptū , ut omnes corporis uoluptates seuere exclu  
dat , laudem qdem ijs nominibus hominē , sed non  
propter ea tamen cum esse uirum frugi continuo  
iudicem . Maius est omnino & splendidius probi  
tatis

tatis nomen, q̄ ut duabus hisce uirtutibus amplitudinem suam tueri possit. Atq; ut hic omittam quāq; incertum sit id, de q̄ cum uno isti dilaudat, neq; enim ea res cuiq; explorata esse queat, quēq; abstinentia ista in illo uirtutū choro locū obtinet, obtinet em̄, credo, infimum, bonū eum tu mihi iustumq; hominem appellas, q̄ cæteros præ se impotenter aspernet: q̄ meliores calumnietur: q̄ defunctor̄ innocentiam infectetur: q̄ odio estuans, iracundia ardens in contumeliam præceps feratur: quem perfidia insidiosum, leuitas seditionem reddiderit: quem cæca uel dominandi, uel non minis sui in honorem adducendi cupiditas ad legum reiç; publicæ interitū stimulet atq; appellat: Omnibus necesse est, omnibus, non uno aut altero uitio careat is, q̄ se frugi & bonum uirū hac in rep. & dici & esse cupiat. Neminem superbe contemnat, neminem falsò criminet, non in alterius exitiū iracundius incurrat, non inimicitias libenter gerat, datam fidem sancte præstet, sacrā mortuorū memoriam religiose colat, humanitate & benevolentia quo ad eius fieri potest, complecta tur omnes, prostremò nihil ciuiū suorū pace atq; cōcordia sibi ducat antiquius. Hæc qui faciat, etiā

C v si

Si aut ad rem paulo uideaſt audior, aut à uolupta-  
tibus interdū non alienor, possit forraſſe uir bo-  
nus dici, atq; id ipsum tamen uulgi adhuc & po-  
pulari tantū opinione, non item ex persuasionis  
Christianę formula atq; ſententia, ad cuius qdem  
præscriptam uiuendi religionem ſi q̄s Mart. Lu-  
teri aetam uitam & facta nūc dirigat, qduis cer-  
te potius q̄ è religione Christianus eſſe reperiet.  
Quid enim tam alienū ab hominis Christiani in-  
ſtituto, atq; præ gloria potentiaue ſua Christianę  
reip. statum non modo ſeditioſis concionibus &  
famosis libellis, ſed barbaricis etiam minis & ar-  
morū terrorē oppugnare? Neq; cīm ignota ſunt,  
quæ ille de cogendo impiorum exercitu molitus  
ſit, quæ de ijs omnibus, q à ſe in rep. diſſentirēt, cō  
filia inierit, quæ & ſi in eum ipſum, eiusq; ſectato-  
res statim non uertiffent, ſunt ea nihilominus ta-  
men ciuſmodi, ut eum eſſe mente minime omniū  
Christianā, fidem uobis aperte facere iam tū po-  
tuerint. Age uero ſenſerit ipſe de rep. unus ex o-  
mnibus optime, q qdem omniū iudicio ſentiebat  
peſſime, nū plus tamen hominē modiſtū, & ciui-  
jis officij non ignarū q nobis pbarare poterat, con-  
tendere oportuit; Neq; cīm ſi resp. priuatos aliq̄t,  
quos

quos ipsa persuadendo regere non queat, potest  
suo iure cogere, siccirco paucis liceat, cū persuade  
ri populum posse disfidant, uim reip. atq; bellum  
ciuib; suis inferre. Eadem est enim, si forte ad  
monendi estis, patriæ in ciueis, quæ patris in li  
beros potestas, neq; sanè magis priuato cuiquam  
reip. arma intentare fas est, q; filio ius parēti ma  
nus ulla ratione afferendi. Vnā porrò esse Chri  
stianis om̄ibus communē & patriam & ciuitatē,  
& remp. quæ nos sacris illis liquoribus delibutos  
atq; perfusos exceperit, quæ salutareis initiatis le  
ges, ad quarū p̄scriptū uiucremus, descripsiterit,  
neminē uestrū dubitare arbitror, haud profecto  
magis q; de eo bonorum quenquam ambigere, si  
quem unquam Mart. certe Luterum hodie in se  
ditiosis & perditis ciuib; si modo istiusmodi ho  
mines ciues appellandi sunt, omnino numeran  
dum atq; habendum esse, qui composita iam olim  
legibus & constituta patrum decretis rep. omnia  
p uim & oppressionē turbare, miscere, euertere  
tentarit. Atq; neq; eò magis uir bon⁹ existimandus  
est, qd nullū eius certū p̄terea sceleris crimen  
in priuatū aliquē hic à me pferat. Nā neq; ad ac  
cusandum hominem huc descendī, nisi quatenus  
uos

uos à uera religione ad impiæ istius sententiæ opiniōnem abstraxit, neq; qualis in q̄tidiano & domestico esset usu, mihi magnopere quærendū putaui, q̄ qualis in communī uitę consuetudine & in rep. esset uiderem, neq; uero si quid crudeliter, libidinose, fraudulenter ue priuatim eum commississe alicunde rescissem, id quoq; mihi cōmemorādum hic ducerem, q̄ cū uos non aliter ab ista sententia deduci posse uideam, nisi scelustum hominis animū hic patefaciam, tamen inuitus illius in uos remq; publicam & fraudes & crudelitatē attingā, mihi planè interim conscius & q̄ ob eas res intimis sensibus angar, & quam nō libenter in hominem, q̄ se Christianum esse affirmet, quantumuis iusta de causa, dicam. Quare tātum habetote, alijs inflammari cupiditatib⁹ uulgi animos, alijs ambitiosorū mentes hominum facibus incendi. Ab his, q̄ inanis modo laudis opinioni & regno suo seruiunt, plebeia ista & popularia uitia omnia astute compesci, ut etiā cū maxime fallant, boni uiri habeantur. Ab illis quos nulla neq; principatus, neq; propagandi nominis sui cura tangat, præsentem modo & reformidari pœnam, & consecrati uoluptatem. Ac profecto humilioris atq; angustioris

stioris est animi, ullo uel sordidæ pecunie, ul' effice  
minatae uoluptatis studio teneri, eius autē q uul-  
gi sermonibus sit deditus, uiliora ista contēnere,  
aut certe dissimulare, dū summa multitudinis ad-  
miratione amplissimū nomen consecutus, id etiā  
aliquando assequatur, ut omni imperio & hono-  
re dignus tandem iudicet. Quod porrò se Mart.  
Luterus hæc omnia quæ faciat, reip. causa facere  
dicitat. Primū, qs ei hoc ipsum credat? quē priua-  
to consilio tam multa aduersus honorū omnium  
consensum turbulentे miscere uideamus? Dein-  
de ut etiam ex sacris literis aliquid afferat, ul' po-  
tius ad causæ suæ commodū ex ijs aliquid detor-  
queat, q conat⁹ suos quasi diuinos nobis probet.  
Ecquem unq seditiosum tam stulte arrogantem  
fuisse putatis, quin & è religione ea esse affirma-  
rit, quib⁹ sibi ad res nouas uiam muniret, & acti-  
onibus suis diuinorū in primis libror⁹ authorita-  
tem prætenderit. Nam qua tandem ad perturbā-  
dam Rcmp. fiducia accessissent, nisi ea à se afferri  
confirmasset quæ cū essent omnibus utilissima,  
tū uero diuinis præceptis tradita⁹ atq uel Petri,  
uel Pauli, uel alicui⁹ de duodecim illis Christi le-  
gatis authoritate iam olim cōprobata⁹ At ea est  
Mart

Mart. Luterus tum integritate tum continentia,  
ut ijs nominibus apud populares suos bene in pri-  
mis audiat. Quid? q̄si uero factiosorū quenq̄ tam  
profligatis moribus unq̄ fuisse existimetis, ut nul-  
la oīno aliquarū uirtutū uel expressā uel adum-  
brata signa habuerit? Nā qd Manicheo? qd Apol-  
linari? qd Macedonio? qd Porphyrio? qd Noua-  
tiano obiectū putemus? Auaritiam' ne, an impu-  
dicitiam? Neutrū certe, cū eos ne leuissima qdem  
huiusmodi uitiorū suspicio attingeret, & sancta  
rectisq̄ studijs dedita uita uulgo etiam cōmenda-  
ret. Nullū igitur criminandæ uitæ suæ locū reli-  
querunt? Nullum oīno qd quidem memorię pro-  
ditum fit, sed causæ damnandæ suæ occasiones de-  
derūt plurimas, atq̄ ea una re damnati sunt, etiā  
ab ijs, apud q̄s in moribus diu fuissent. Quid ita?  
qd impiam ipsorū mentē, & superbam contra to-  
tius reip. consensum, peruicaciā omni priuato cri-  
mine grauiorē ducerent. Quo pacto? q̄a peruul-  
gata & quotidiana ista delicta, & si diligēter uin-  
dicanda essent, tñ uel impetu plurimū cōmitterē-  
tur, uel ad paucos oīno uenirent, uel suos etiam  
tñ seuerentur authores. Quid tñ? leuius id esse  
rati sunt maleficiū, q̄ pauci temere, q̄ q̄ multi de-  
industria

industria grauissime ledentur. Eos autē qui de  
deo, de religiōe, de rep. male palām sentirent, nā  
tam priuatis aliquibus aduersari, quām cū supe-  
ris ipsis bellum impie gerere, tū etiam imperitē  
multitudinis animos ad eandem sectandam im-  
pietatē, cuertendamq; religionē nefarie solicita-  
re. Quo id tandem illos modo? tum probabili sci-  
licet disputationū suarū ratiōe, tū uero magis ali-  
qua pbitatis uirtutisq; opiniōe. Nusq;. n. pronior  
est religionis lapsus, q; ubi qs magna religiōis do-  
ctrinęq; fama, impia rei sanctitatis pōdus, & eru-  
ditionis autoritatem afferre uideatur. Eadem  
est igit̄ nimirum Mart. Luteri causa, q;q illis iure  
quidē optimo damnatis, insignem oīno facio in-  
juriam, qui eos huic pesti a tq; labi nūc cōferam.  
Quid em̄ in illis uel præter sanā mentē quisq; de-  
syderauit? uel præter p̄tinaciā grauius aliud accu-  
sauit? cū nihil iste interim cū cor̄ ornamētis atq;  
laudib⁹ cōmune habeat? pertinaciā tantū & sedi-  
tiosæ corū mētis sensum imitetur? ita tñ ut illorū  
singuli, alijs atq; alijs tēporibus, unū qddam, idq;  
tum, cū nondū reip. ratio planè cōstituta esset, ob-  
stinatius tutati sint, iste quicquid unquā à quo quis  
in religionē excogitatum sit, ac reip. ipsi⁹ iudicio  
palām

palam damnatum, hoc tempore contumaciter & petulanter defendat. Breuiter, cum illorum causae praeter causam defuerit penè nihil, huic autem hodie praeter illam latronum manum nihil omnino adfuit, catenus illis comparatus existimetur, ut si non aliam ob causam, isticcirco quidem certe uir bonus neque esse neque dici posse intelligatur, quod superbatum mente tu oratione Po. Christiani iudicii non modo ludibrio habuerit, sed se etiam illud uiri & armis, quando aliter non possit correcturum pronuntiarit. Neminem n. uestrum latere puto, quidnam Pont. Maximo responderit, humanissime per legatos suos monenti, ut si quid uel in qua de religione addubitet, uel quod reip. statui conducere arbitraretur, haberet, id ne in ultimis apud imperium plebem terris seditiose iactaret, sed Romam in ipsa hominum luce, in amplissimi collegij uel potius in ipsius reip. sacrario religiose exponeret, fidem publicam si postularet, se hanc ei bona fide daturum, pecuniam in uiaticum si peteret, hanc quoque ei se liberaliter curaturum. Hic ego uos iudices ipsos planè constituo, credo fuerit hominis Christiani, mitto non parere, uerum ad ea sic respondere, ut diceret se non solum summo Pontifici dicto audientem

## O R A T I O.

49

audientem non futurum: qd certe ipsum, cuiusmo  
di esse dicem⁹: sed cū sibi uideretur cōmodū se ad  
euertendam ei⁹ tyrannidē, cū maximis gregaliū  
operarumq; suar⁹ copijs Romam ueturū. Quid ⁹  
qd Cæsari senatuiq; ad ociū & ad pacē cū comiter  
adhortatibus, cōtumaciter ob os, et impie gladiā  
torioq; aio respondit, ac plane p̄se tulit, gesti  
re se, qd discordiarū & armor⁹ author generi hu  
mano esset, idq; se Christi exēplo facere homo re  
ligiosissim⁹ ibidē p̄dicauit. Perinde uero cū Chri  
stus bellū à se nō ociū terris allatū diceret, terraq;  
noīe barbaros & omneis à uera pietate alienos  
hoīes nō significaret, q̄s aduersus persuasiōs Chri  
stianæ religionē nefariū & inexpiable bellū sta  
tim gesturos esse praeuiderat. Suę certe disciplinę  
alūnos, atq; eos ipsos Christianæ religiōis Anti  
stites mox futuros, etiā tū cū in cœlū fesc īpe iā re  
ciperet summa illa oratiōe nullius rei diligentius  
admonendos putauit, q̄ ut pacē mutuāq; inter se  
charitatē colerent, atq; eaꝝ rerū cura nihil anti  
quius unq; haberent. Hic uero qui se hodie unum  
Christi Opt. Max. æmulū, & diuinū sacrorū libro  
rum interpretē, quasiq; Esdrā atq; adeo Paulum  
alterū esse gloriēt, non Turcarum, nō Arabum,

D non

non Persarum, non cæterorū itē barbarorum, q̄s  
etīā armis n̄is uexari fas esse neget, sed Christia-  
norū planē omniū, sed Pōt. in primis Maxi. sed se-  
natus atq; Cæsaris etīā ipsius religiosissimi prin-  
cipis hostem se aperte p̄fitetur. Quod cū ita sit,  
& se talē Luterus etīā aduersus eos gesserit, qbus  
semel Po. Christiano, ac potius deus opt Max. ne  
qd resp. detrimēti acciperet, negotiū dedit, nemī  
ni īā puto, mirū uideri debet eum ab altero, q̄ pō  
tificio iure in imp̄ios uteret, quasi male de religi-  
one sentientē, uel potius contra eā multa machi-  
nantē ex sacra hominū cōmunitate exterminatū  
esse, ab altero q̄ rēp. armis tuere, etīā maiestatis  
damnatiū, & in hostiū p̄scriptorūq; numero habi-  
tū. Quid c̄m illi facias, aut quę nobis cū eo homiē  
societas īā esse possit, q̄ nec legib⁹ obtēperet, nec  
magistratib⁹ pareat, nec melioribus morē gerat?  
nec qcq; magis q̄ ciuiū suorū ociiū & pacē metuat?  
q̄ deniq; ad excitados Po. Christiano funestos tu-  
mult⁹ omnē ingenij sui uī atq; impetū contorque-  
at. Profecto uti peritiores medici, ea mēbra sta-  
tim uel adurere uel amputare solent, quae ipsa cū  
putribus corrupta sint hulceribus, etiam integris  
corporis partibus uitiū & labem afferunt, sic isti-  
usmodi

## ORATIO.

¶

usmodi hominum pestes, quauis ratione à cōmu-  
ni tanquā humanitate corporis resecandas esse fa-  
pientissimus quisq; semper iudicauit. Verum nō  
id à nobis hic agitur, Mart. Luterū dici quem con-  
ueniat quoūe affici tandem supplicio sit æquū, id  
em nec dubiū est, & legibus, opinor, satis defini-  
tum, sed num in eo tanta elucescant uirtutum or-  
namenta, ut ipsius unius sententiam, totius reip.  
authoritati à uobis antelatam esse oportuerit?  
Atqui duas tantum, atque illas ipsas eiusmodi ut  
Ihs caruisse omnino sit turpius, quām eas habere  
præclarum, in eo nam nulli uirtutes admirātur,  
nimirum ignari, quām istæ illi cum multis hodie  
sint cōmunes, quos tamen præ Lutero suo conte-  
mplant om̄es, nec in eo ipso satis exploratax, in q̄  
tamen ex tanto uirtutū numero solæ, tam ambi-  
tiose laudent: qs em̄ se uel pudicitiae uel integritate  
eius periculū diligenter fecisse, affirmare aude-  
at? Neq; enim facile id est, neq; semel & iterum,  
neque modicis in rebus istiusmodi hominum ani-  
mos tentasse satis est. Multos annos in magna oc-  
culte peccandi tū facultate, tū licentia, innocēter  
uixerit, opus est is, quē mili singulare uel pecuni-  
arū uel uoluptatū contemptu cōmendatum esse  
D h̄ cupias.

cupias. Nec enim cuiq; qui aliquo sit tractandarū rerū usū, obscurū esse potest, quāta sit humanæ uītæ uanitas, quanta etiam in plerisque naturæ imbecillitas, ut ne possint quidē multi, aut etiā si uelint peccare tñ audeant, quām deniq; flexibilis sit hominū, ad sustinēdam oēm tū uirtutū simulatio-  
nē, tum uitiorū dissimulatiōem, frons, oculi, uultus, oratio, si quis experiendo nō fatis cognouit,  
studio quidē, ac ueteri certe uolutādis monumen-  
tis didicisse potuit & perceperisse. Tametsi haud dū  
ipse sanè uideo, ut opes iste in minimis ponat, q  
nulla de re, tantas ubiq; tragedias, q; de Pontifi-  
cū auaritia concitet, q;s qdem diuitias si tanto pē  
contēnendas esse iudicat, cur apud Populares su-  
os hoc unū tandem penē semp habet in ore, & ma-  
gna uoce qritur iam ferē exhaustā esse illorū for-  
dibus & flagitiosissimis nundinis prouincia uni-  
uersam. Nolo equidem cuiusq; inseruire auaritię,  
nec eñ debedo, nec si uelle possem, sed tñ neq; qcq;  
ab iuitis exigiscio, neq; satis mirari possum, haud  
paulo plura hac de re q; de cæteris sacerdotū fla-  
gitij ab eo uerba fieri. Vobis id qd significet, qd  
ue de eo aliij suspicent, nescio. Ego qdem, eius q pe-  
cuniā despiciēdā oēm iudicet, esse puto, nec illam  
cuiq;

cuiq; om̄ino inuidere, nec eorū q̄ ea careant, uicem magnop̄e dolere. Optare aut̄, ut locupletes fortunis suis recte utant̄, paupes ipsi, uti ne q̄ carum desiderio unq; teneant̄. Atq; ut semel, quod sentio hac de re dicam, mihi quidē persuasum est, nihil oserē turpius eū facere, qui cū paupertatē professus sit, tñ alterius auaritiā ferre non q̄at, eo q̄ turpi pecuniae studio & infinita lucri cupiditate pa-  
lam ducatur. Sed sit sanè mirus diuitiarū contem-  
ptor Luterus, quas tñ ita ille aspernatur, ut men-  
dicitatis, non dico onus, sed ne nomen quidē īpm  
tolerare possit. Scitis eīm q̄ de tollēdis uel etiam ē  
rep. Christiana penitus exterminandis sacrī illis  
quatuor mendicorū sodalitatibus, cū sepe con-  
cionatus sit, tū uero nup̄ ad Fabianū Felicem con-  
scripscerit. Ut etiā in eorū peras, atq; manticas pe-  
tulanter ille quidē, sed planē etiā frigide & insul-  
se luserit, non puto etiā nunc uos ignorare. Atq;  
bonorū omniū iudicio si q̄ in hoīm ḡne priscae reli-  
gionis & sanctitatis decus ad huc spectatur, in eo  
rum profecto quorū ille sportulas ipsa paupertate  
odit peius crūnis potissimū & institutis hodie ap-  
paret, atq; adeo elucescit. Verū hac de re posteri-  
us, aliud enim in alio de istius moribus mihi dicē-

D iii dum

dum semper occurrit, sit igit̄ eo sanē ingenio Lu-  
terus, ut omnes omnibus opes libenter cōcedat,  
ipse mendicitatē æquo & hilari animo unus tole-  
ret. At eundē esse hominē frugi, & qd isti iactāt,  
rarum qddam ueteris parsimoniae exemplū, mihi  
persuadere q̄ possum: quem ex uoluptario Ioui-  
niani instituto, nulla magis de re laborantē uide  
am, q̄ ut à maiorib⁹ nostris indicta statis anni die-  
bus atq; tēporibus ieunia, quasi non ferenda sum  
ptuariæ alicuius legis decreta antiquentur: inter-  
dictus pariter quadrupedū, & auiū in mēsis usus,  
omnibus om̄ino restituatur. Quod si quis hoc illi-  
cum popularibus suis cōmune esse uitium contē-  
dat, q̄s natura uentri obedientiores finxerit: illud  
quidem planē ipsius fuerit, pprium hoc tempore:  
quod sacerdos cum sit, & in Augustinianā ea le-  
ge sodalitatē cooptat⁹, ut reliquū ætatis ab omni  
muliebri congressu alienus degeret, cōlibē tamē  
agere uitam unus omniū apertissime hodie recu-  
set. Certe em in sacro sanctā Niceni cōciliij autho-  
ritatem, quā ipse sanctissimā esse persæpe testat⁹  
sit, uel ob hoc unū totus aliquñ fertur, quod illius  
decreto ijs, qui ad rem diuinā faciendā consecrati  
essent, ducendæ uxoris ius omnino dnegaretur.

Sed

## O R A T I O.

¶

Sed haec quoque postea, ubi disputationis eius rati  
ones putabimus, tractabunt à nobis accuratius,  
quæ mihi tamen hic quasi in transcurso leuiter at  
tingenda existimauit, ut cū domestica eius uita non  
hilo uobis qui mihi esset exploratior (nemo enim ue  
strum ipso familiariter est usus) ex præclaris eius  
sententijs atque præceptis quilis fit, aut certe esse stu  
deat, homo antea obscurus, & hac sola repentina  
insania nobilis magis qui adhuc planè notus, cōic  
ēturā facere possemus. Nam quod quidā etiam nunc  
nulla eū obsecena corporis uoluptate capi insolē  
tius hic admirantur, doleo cqdē istos de cupiditatis  
suæ turpitudine tam aperte fateri. Nemo enim in  
alio quicquā admodum admiratur, quod aut habeat  
ipse, aut etiā se conseque posse si paulū cōniti uelit,  
non diffidat. Sed admirantur sane, si cū turpi intē  
perantia flagranter illū, & in Venerem pronū esse  
sciant, tamen alique singularis continentiae exēpla  
ab eo edita, pferre possint. Sin autē uel nihil eius  
modi habet, desinat nobis mēdacijs suis uelle im  
ponere, uel etiā ille infirma fortasse ē ualetudie i  
becillus, uel honoris potentiae ue cupiditate suæ  
inflammatus, nesciunt profecto nesciunt, neque quod  
animi uirtus, à corpis uitio differat, neque quātam

D iiiij etiam

etiam ex inani uirtutis laude, uoluptatē homines  
ambitiosi pcipiāt . Etenī quēadmodū libidini au-  
ritiaeq; deditum animū, nullā oīno dignitatis ra-  
tionē habere constat, sic uix unq fieri potest, uel  
nuq potius fit, ut cuius mens tota in gloriæ cupi-  
ditate occupata sit , ei⁹ ad obſcenas corporis uo-  
luptates, aut ad infame pecuniaꝝ studiū sensus fa-  
cile detrahaſ. Neq; uero hēc à me eo cōſilio ita di-  
ſputant, ut aut quenq laudū suaꝝ fructu coniectu-  
ris spoliari cupiam, aut duas istas pusillas Mart.  
Lutero uirtutes inuidēa. Non sum tam iniq, non  
tam ieuni, tam angusti animi, q bonā certe ei mē  
tem , atq; omncis omniū generū uirtutes optare  
nō desino, sed eò ſcilicet hēc à nobis coarguunt,  
ne infidiosas aliquas & magno multis malo, exi-  
tioꝝ tandem omnibus futuras, eius hominis laudes  
temere admittatis, in q maximū cæterarꝝ uirtutū  
splendorē defyderetis. Sic em ipsas inter ſe colli-  
gatas iplicitasq; & qſi indiſſolubili qdā nexu re-  
uictas esse uirtutes audīo , ut unā earū q habeat,  
oēs habeat, una q careat, oībus oīno careat. Vere  
an ſecus , nō mihi magnopere hic diſgrendū arbi-  
tror, cū de eo dubitare poſſit nemo , quin ab illo  
abſit omnis uitæ dignitas, omne uirtutis decus, q  
neq;

neq; societatē hominū sancte tucatur, neq; ueritatem rerum p̄spicere, ac rationē expedire queat, neq; eorū quę fiant, quęq; dicant ordinē & modū teneat, neq; glorię imperij ue cupiditatī caste moderari possit. Quod cū dico, an nō unā q̄ in Mart. Lutero requirant uirtutū instrumenta, ea à me p̄stringi cognoscitis omnia? Quis eñ in eo uel me diocrem prudentiā non desideret, q̄ dum sibi nomen & imperiū molit, stultitia sua tantum sibi tantum uobis, malorū contraxerit: qs nō temperantiam q̄q; & modestiā, q̄ in omnibus etiā mortuis acerbissime exagitandis sit omniū mortaliū longæ intemperatiſſimus. At iustitiā, quæ oñes unā uirtutes ipsa contineat, nemo in eo desiderarit. Credo equidē, q̄a ut ea iā nulla sit, dies ac noctes ille moliat. Quid eñ est aliud res iudicatas infirmare, iudicia tollere, leges antiquare, dñatos restituere, sacra p̄phanis communicare, eos quibus resp. regendā eam cōmisit, in ordinē cogere, oīa deniq; armis p̄turbare, nisi cuiq; ius suū non modo nō tribuere, sed contra ius ac fas omne, id uio lenter auferre, & unicuiq; crudeliter eripere? Talis ergo reliqua Mart. Luteri uita cū sit, nō ab re mihi suspicari uideor, ea quæ à conductis istis &

D v emptis

## LONGOLII

emptis eius laudatoribus prædicantur, dici nullo  
mō posse, quæ uero dici possint & debeāt, ea oīno  
non dici & summa diligentia occultari. Nihil tu  
igitur corum, quæ de singulari ipsius continētia  
atque opum despicientia narrantur, acceperis?  
Nihil planè duntaxat ut has una honestatis cau-  
sa uirtutes ab eo complecti existimē. Nam quin  
ambitiose deliciarum omnium & pecuniarū cu-  
piditatem tegat, nihilque uerbo publice probet,  
quod non cum laude & dignitate sit cōiunctum,  
de eo non mō non dubito, sed ei etiam ad ea quæ  
molitur cum primis necessariū esse iudico. Quis  
enim Christianū ferat hominem, præsertim no-  
uandarū rerum authorem, qui uoluptate sua uti-  
litateq; omnia metiatur? Seditiosus ante omnia  
oportet bellū diuitijs palām indicat, palām ab o-  
mini luxuriā abhorreat, palām omne uoluptatū  
genus defugiat, incessu tardior, amictu obsolen-  
tior, corpe incultior, supercilie tristior, uocis fo-  
no, aut summisso lenior, aut cōtentō atrocior, aut  
inclinato grauior, aut inflexo miserabilior, mire  
em̄ hæc ad pullatū p̄tinent circulū, breuiter hanc  
unā ad uulgas nullo negotio capiendū tenendūq;  
uiā seditiosus habeat, ut se cum omnia reip. causa  
facere

## O R A T I O.

acere dictitet, tum plebis cupiditatibus plurimū  
indulgeat, tum uero se sanctissimorum uirorum in-  
stitutis deditum esse studiose diligenterq; assimu-  
let & singat. Sic em̄ tum ipse fidē imperitae multi-  
tudini facillime fecerit, tū nisi prudētiores melio-  
resq; primis eius conatibus mature obstiterit, ad  
extremū armis quoq; ad labefact andā remp. ap-  
te aggredietur. His em̄ certe pfectos initijs Arri-  
anos, his Manichæos, his Donatianos in rēp. im-  
petū olim fecisse accepimus, & Luterum ad præ-  
sentē euertendū ciuitatis statum grassari uidem⁹.  
Sed cū de eo neminem uestrum dubitare iā posse  
confidā, quin q Mart. Lutero sit moribus similli-  
mus, idem neq; uir bonus sit, neq; à Christianæ di-  
sciplina pudore n̄ alienissim⁹, illud nihilomin⁹ tñ  
ueror, ne uos nullo grauiore scelere obstrictos  
esse arbitremini, qd eius cōtra remp. hoīs secuti s̄  
tis partes, q cum animi altitudine maxia sit pre-  
ditus, tū uero doctrīa quadā singulari & eximia  
eruditioē ornatus esse uideat. Ego uero quānā in  
isto existat animi magnitudo, non sanē dispicio,  
nisi fortasse fortē uirū uobis appellare libeat eū,  
quaestā & ipotēti opiniōis suę p̄suasiōe sublatus,  
sc̄ plus unum quām uniuersam rēp. posse cupiat,  
qui

## O R A T I O .

qui ius omne & fas extinguat, omnes aspernet,  
nulli pareat, ne magistratibus quidē ipsis ullū ho-  
norē habeat, deniq̄ nullum laborem recuset,  
nullum periculū defugiat, q̄ uel perturbata, uel e-  
tiam oppressa rep. nomen suū immortalitati cō-  
mendet. Quod si ita est, & hominem q̄ sic omnes  
omniaq̄ despiciat, quasi magnū & fortē virum  
uobis pleno ore laudare pmittitis, nihil planē af-  
feretis, quāobrem non etiā insignes latrones, &  
tyrannos & prēdones omnes, & qcunq̄ usquam  
unq̄ fuerunt factiosos ciueis admiremini, q̄s elā-  
to cupidoq̄ ad maximas sibi cōparādas opes ani-  
mo, nihil non ausos fuisse, manifestius est q̄ ut id  
uobis hic à me demonstrari necesse fit. Nos cōtra  
excelsi atq̄ trāquilli ingenij virū, cum demū esse  
censemus, q̄ cū & libidinē pudore uicerit, & furo-  
rem ratione depulcrit, tū neq̄ imperia appetat,  
neq̄ gloriā concupiscat, q̄ fortuna contentus sua  
gete uiuat, & quemcūq̄ casum deus tulerit, forti-  
ter hunc atq̄ placate sufferat. Eos autē q̄ uel me-  
tu franganē, uel à cupiditate uincantur, uel impe-  
rium pati non possint, uel etiā alia quauis ægri-  
tudine perturbant, longe ab illa viri fortis con-  
stantia dignitateq̄ abesse iudicamus. Quorū qdē  
esse

## L O N G O L I I

41

esse in causa & numero Mart. Luterū, quis hic iā negerit primū qui tam timidus sit, ut cū se & Chri-  
stianæ pietatis defensionem unū suscepisse glori-  
etur, & de summo inter gregales suos mortis cō-  
temptu iactitet, nunq̄ tamē nisi aut accepta publi-  
ca fide, aut militari illa manu stipat⁹, sit ausus ex  
ea in quā se se abdidit munitissima latronum arce  
in publicū prodire, pfecturus scilicet infrequen-  
tior, etiā in aliena præsidia solus & q̄cunq̄ uoca-  
retur, nisi & causæ suæ dissideret, & scelerū suorū  
conscientia territus de se uchementer timeret, &  
miserā illam anxiamq̄ & præcariā uitam pluris q̄  
oīnes Christi rationes duceret, p quibus rationib⁹,  
quas tñ ille quantū in ipso est conturbat, qd-  
uis homini Christiano suppliciū libenter esse sub-  
eundū cum ipse q̄q̄ profiteat, quidnam aliud su-  
spicari possumus, nisi nobis esse negotiū cū eo ho-  
mine q ad maledicendū & conuiciū ex tuto cui-  
uis faciendum sit longe audacissimus, ad pericu-  
lum aliqd uel p Christi religione, cui⁹ se causant  
agere menti⁹, adeundū multo timidissimus? De-  
inde cū diuinis mandatis persæpe moneamur, cū  
ut eorū q̄rum sumus in potestate & tenemur im-  
perio, rationē in primis habeamus, tum sacrorum

Antistī

Antistitibus dicto audiētes uti simus, quām bene  
istum legibus parēre credamus, qui ne imperio  
quidem ulli præclaris illis suis decretis locum re-  
linquat, nimirum impunitatem sibi, cæteris'que  
coniuratis infinitam licentiam pollicitus, si qui  
umultuantur ciueis, pro potestate cohercent,  
nulli omnino existant, hoc est si æquabili iure u-  
tamur, uel inter nos potius sine ullo ordinum  
discrimine, sine duce, sine magistratu, sine lege  
ferarum more tumultuemur. O hominem cau-  
tum, & in constituenda rep. prudentia singula-  
ri præditum. Iam quām inuictum aduersus oēs  
cupiditates sedatum'que gerat animum, cum ex  
concionibus & scriptis, infandis'que ipsius con-  
uicijs, tum etiam hīc perspicere potestis, quod ho-  
mo, uel monstrum potius ex diuersissimis, ac in-  
ter se maxime contrarijs uicijs conflatum, dubi-  
um'que maleficij magnitudine timidius, an intem-  
perantia audacius, inau'i doctrinæ persuasione  
arrogantius, an sordium suarum conscientia ab-  
iectius, natura leuius, an opinione peruvicacius,  
stultius denique apud prudentes, an astutius a-  
pus stultos, tam incredibili nominis sui nobili-  
tandi cupiditate ardeat, ut quo aliquid apud im-  
pcritā

peritam multitudinem esse uideatur, nō dubitet  
constans & perpetuum generis humani iudiciū,  
præ opinionis suæ errore fastidiose contemnere,  
in sanctam eruditorum omnium uirorum conspi-  
rationem petulanter inuadere: deniq; mortuos et  
uiuos præ se omnes inficitæ, uecordiaq; acerbis-  
simis uerbis condemnare. Nam ut dominandi li-  
bidine tam multa turbet, mihi equidem persuade-  
re interdū uix possum, præsertim cū uel tot firma  
reip. præsidia, u' extremā postremi hominis in sum-  
mis uitę ac fortunę sordibus conditionē atq; cau-  
sam considero. Rursus cum uel minaces eius con-  
ciones lego, uel inita de inferendo Italiæ bello  
consilia audio, uel numerosam illam quasiq; pre-  
toriam impiorū cohortem, atq; hominis ipius ame-  
tiam furoremq; mihi ppono. Qui neq; i discepta-  
tionem descendere, neq; causam dicere, neq; publi-  
co ullo aut legitimo iure secū agi uelit, & omnem  
cæcæ mentis impetu ad euertendū hunc reip. sta-  
tum contulerit, facile nonnunq; in eā opinionem  
adducor, ut id quoq; illi deliberatum à principio  
decretumq; fuisse existimē. Labefactata em rep.  
quemnā aliū potius rex potiturū sperare debuit,  
nisi cum qui priorem ciuitatis statum euertisset.  
seq;

seq; perditę plebi aduersus optimates ducem au-  
daciissimū semper præbuisset? Et quisq; hunc aut  
optandū nobis principem iudicat? aut bonum &  
fortem uirū mihi adhuc appellatur? qui iusti atq;  
excelsi animi ne umbrā qdem unq; uiderit? q nos  
primū quasi uulpecula fallacissima fraudibus &  
insidijs suis circumuenire tentarit? deinde etiam  
truculenta cristati draconis specie territos fran-  
gere conat⁹ sit? q paci atq; ocio inimicus ad a gē-  
dam, rapiendā remp. cū sceleratissimis latronib⁹  
societatē coierit? q gentes feras armatas ad delē-  
dam pulcherrimā, & eā certe unde omnis ad nos  
humanitas, omnis religio pfecta sit, orbis terræ  
partē adducere cogitarit? q hominis Christiani  
fortitudinē non parendi facilitate, non clemētia,  
nō beniuolētia, sed contumacia, odio, uindicta,  
malevolentia definiat? At q hunc in reip. possessi-  
one tolerabilē futurū fuisse putemus, q priuatus  
& inops tantā dissimulare nō potuerit insolentiā  
& immanitatem? Onunq; satis intellectā uulgo,  
Christianæ pietatis q̄tem, fortitudinis uim atq;  
simplicitatē. Ego illum nec in summa imperij li-  
centia cōmodum fore sper̄, qui in hac tam tenui  
fortuna, intolerabili iā sit superbia? uel nūc iustū  
&

## ORATIO.

63

& magnanimū esse putem, qui magistratuū impe  
ria supbe detrectet: qui ius omne, ē rep. Christia  
na tollere conet: cui sint ignavi & pusillanimes,  
quicunq̄ iniuriam patiētia infringant: longe au  
tē ignauissimi, q̄ ita ipsi se uincant, ut planē Chri  
stiana illa animi inductiōe, bene uelint male uo  
lentibus, bene precent male precātibus, bene me  
reātur de male merētibus. Ohominē, siquidē ita  
fentit, amentē & miserū, sceleratū autē & impiū,  
si cū nobiscū sentiat, ea tñ crudeli ambitione inci  
tatus concionetur, scribat, edat, paret, medite, q̄  
uel cogitasse non mō non Christiani sit hoīs, sed  
efferati alicuius & immanis barbari omnē huma  
nitatē pculcantis. Furē scilicet & adulterū, q̄rum  
iniuria ad unius aut ad alterius famā rem'ue que  
niat, quasi sceleratos execrabimus, aut etiā ultio  
dignos suppicio iudicabimus, eū uero qui cum se  
Christianū hominem numerari uelit, tñ simul tot  
populor̄, tot gentiū, tot nationū, non mō corpo  
ribus, qđ ipsum p se intolerabile, uerumetiā ani  
mis pestē & interitū machine, q̄ funesta ista sua  
face tñ iā in Germania incendiū excitarit, q̄tā  
audacissimo cuiq̄ pposita seditionis materia, ean  
dem intestino gniciose bello in se ipsam iam ar  
E marit

marit, quo autore tot iam uiri boni, tot homines  
Christiani, tot adeo sacerdotes ante ipsas Christi  
Opt. Max. aras indignissime trucidati sunt, hunc  
nos hominē castū, hunc nos sanctū appellabim⁹;  
huius si deo placet, pietā imaginē, quasi ille cœlo  
consecratus iā sit, radiato quoq; capite conspicuā  
circumgestabimus. Quæ (malū) amentia hæc est?  
Quam ego hanc dei iram esse dicam: uos hæc sci-  
tis, uos hæc uidetis, uos hæc cū fierēt, ipsi saepe in-  
terfueritis, nec mō nulla adhuc ab eo inexpibili re-  
ligione obstrictos uos putatis, sed hominē tā ne-  
fariū tam dirū, quasi ad modestissimæ & clemen-  
tissimæ illius Christianæ naturæ laudē aspirarit,  
diuino cultu etiā nunc ueneramini. Quid' ista' ne  
sanguinolenta rabie Petru & Paulu cœlo dicatos  
fuisse, istius ne modi feritate Ioannē & Iacobum  
eodē uocatosesse? Tā ne cruenta uictoriae palma  
innumerabileis illas tot sanctissimorū, tot fortissim  
morum diuinæ ciuitatis militū legiones aditū si-  
bi ad superos comparasse credemus. Age facite  
multorū in rep. prīcipū intolerabiles esse mores,  
facite multorū etiā ciuiū haudquaq; dissimulanda  
esse flagitia, nū eorū tñ odio, illa, quā nobis Chri-  
stus secuit, munīt, patefecit, uia deserēda sic fuit:  
imō

## O R A T I O.

67

mō adeo, ut uera sint q̄ dicitis, nū illorū tñ imitan-  
di fuere mores, q̄rum à uobis tolerari ampli⁹ pos-  
se uitia negabitis! Nā qđ illis crudelitatē criminī  
interdū datis, ego uero hac nulos planē eorū in  
quenq̄ uestrū adhuc usos uideo, sed si tñ in aliquē  
more maior̄ seueri⁹ a iaduersum est, ijs supplicijs  
q̄ à legibus p̄ficiſcan̄ in eū, scio, & ob priuatū alī  
qđ publicū'ue crimē à p̄phanis hominibus esse iudi-  
catū. At uero Luteriani uī, qnā iure, q̄ tan-  
dē Ch̄rīanæ pietatis exēplo, tot sacerdotes, ea fo-  
la de causa, qđ Luterianā ſectā nō ſatis pbare ui-  
derent, inter ipſas Christi aras ſuis ipſi manibus  
crudelissie iugularūt dicā, an mactauerunt? Quo  
iure inq̄ tot Christi sacerdotes, q̄s ille & ſancro-  
ſanctos eſſe uoluit, & delitias ſuas appellauit,  
iſti indicta cauſa ſuis ipſi manibus iugularunt &  
immaniflme mactauerunt? O cœlum, O terra,  
ſed non faciā, ut aut acerbiflmu⁹ eor̄ interitū hic  
deplorē, q̄s iā imortaleis & beatiflmos eſſe iudi-  
co, aut ferinā eor̄ immanitatē hic detester, q̄s de  
potestate & mente ſua Luteri cōcionib⁹ exiſſe, &  
in remp. immiſſos eſſe, mihi facile pſuadeo. Tan-  
tum uos admonitos uelim, ne eū quafī diuinū &  
fortē uirū uobis cōmēdatū poſthac admiremini,

E ij qui

qui sanguinarios istiusmodi, atq; ex ultia repetitos barbaria sacrificadi ritus instituat, & iā multis seculis salutari p̄suasionis nřæ exortu fundit<sup>o</sup> sublatos, in Germaniā ipsam, Galliāq; & uniuersum terrę orbē quasi postliminiū iure qđam, reuocare conet. Quanq; si uera sunt quæ audio, nō sacerdotes tū & innocentes, sed ex pphano potissimū uulgo fontes qdā homines immolabant, ut à Mart. Lutero ueterē illā ueræ pietatis expertum immanitatē gentiū, non æquatā modo, uerū etiā longe superatā esse uideamus. Quod si hæc ille in sc̄ctatoru; suoru; furorē atq; crudelitatē trāsfundat, uidete (quæſo) uel quę nam sit eius hoīs doctrinæ uis, q̄ q̄s à ſe ab omni ſuſtitutione ad uerę pictatis cultū traductos esse glorietur, eisdē tñ ea re impios esse & parricidas negare non posſit, uel in q̄ nā hominū ḡnē illuc regnet, qđ qđem tā efferatum fit & barbarū, ut impiā & immanē ſuā crudelitatem, q̄ ne humana qdē æqtate quisq; tueri posſit, sanctissimæ religionis loco ponat atq; cōſtituat. Quod si (ut aiūt) ex dīscipulorū moribus atq; eruditioē, de doctoris ipsius uita & literis iudicium facere, aut certe conieeturā ducere possum<sup>o</sup>, licet ſanē ex p̄claris iſtorum actionibus, & factis, de Mart.

## O R A T I O.

69

Mar. Luteri natura atq; īgenio iudicem<sup>o</sup>, u' oīno  
qualis sit cōiectura aſſequamur. Atq; tales nunq;  
neq; Christi ipſius, neq; legatorū eius, neq; facile  
Benedicti, neq; Augustini, neq; Hieronymi, neq;  
Francisci, neq; Dominici, neq; Bernardi familia-  
res fuisse legimus. Sed non cogat ſanē ſuorū culpā  
pſtare Luterus, tametsi iſtos nunq; tñ facinus ad  
miſſuros fuisse conſtet, niſi tumultuofis illis cōci-  
onib<sup>o</sup> i reip. defenſores ab eo cōcitati extitiffent.  
Sit etiā p me qdē oīni alia uirtute ornat<sup>o</sup>, ſit cōti-  
nēs, ſit abſtinēs, nō repugno, mō ne quā in eo nō  
nulli ad cœlū laudibus efferūt, Christiani animi  
fortitudinē illi in eſſe uobis pſuaderi finatis. Quā  
qdē certū eſt, non in regerendis conuitijs, nō in  
referenda iniuria, non in elato cōtumacis animi  
ſpiritu, nō in mortis oīnibus uitandæ modis con-  
ſilio cōſistere, ſed in dɛſpicientia ſui, ſed in ea po-  
tissimū caſti animi pbitate, quæ uolūtaria mētis  
demiffione, atq; ingenuo qdam ac liberali pudo-  
re totā ſe diuinæ potefſati cōmendatā trādat, &  
p Christi pſuafione deuotā hōſtiū minis atq; ter-  
roribus intrepidā obijciat. Hac itur ad eterñā glo-  
riā uia. Hac, pceres iēre Christiani. Hac heroes no-  
ſtri oīnes cœlū puenērē, q̄rum etiā iam uita defun-

E iij etorū

ctorū gratia, & mortuos reuixisse & cæcos oculorum usum recepisse, & uarijs ex morbis laborantes, furijsq; etiā exagitatos mortaleis multos protestati ualetudiniq; suæ restitutos esse exploratū habemus. A Mart. autē Lutero nū tale quicq; ad-huc factū uidistis ipſi, aut ab alio etiā accepistis? Num exanimes ab eo ad uitam reuocatos? Num multorū linguas in sermonē solutas? Num surdorū aures ad audiendi uim patefactas? Num claudis liberā gradiēdi datā facultatē? Num ijs, q; om̄ibus mēbris capti essent, totius corporis firmitatē? Nū fanaticis suā mentem? Num deniq; aliqd cœlestis uirtutis indicij uobis edidit? Atqui aliqd saltem unū diuini ab eo numinis signū allatū esse opertuit qui se contra publici conciliij autoritatē deo autore res nouas moliri, atq; tanta inter Christi annos ippos discordiarū semina iacere diceret, presertim cum nec ullam nobis legationis suę fidem faceret, & ea quæ in rep. sequimur, à maiorib; nostris diuinitus instituta esse nobis religiosissime persuasum non nesciret. Verū frustra huiusmodi quicq; ab eo exquiras, q; sit à uoluntaria illa humilitate deuotiōe q; alienissimus, & omniū q; unq; fuerunt seditiones hominū non mō timidissimus,

scd

Sed etiā longe arrogantissimus. At quid illud est  
randē, qd luciferū de cōlo deiecit: superbia. Quid  
Mariā in cōlū extulit: animi demissio. Quid Ada  
mum & Euam ex illa facrō hortorum amcni  
tate exturbauit: quod dicto audientes non suis  
sent. Quid Heliā & Moysen cō, unde illi deturba  
ti essent, postea euexit: qd diuinis mādatis semp  
paruisserent. Quid Christū ipsum summi regis ho  
nore, summi iudicis potestate, summi dei noīe ad  
ornauit: nēpe illa animi demissio, quae qdē om̄iū  
uirtutū sit mater & altrix, ut om̄iū cōtra scelerē  
parēs & nutrix superbia. Videte igit̄, quānam uo  
bis Mart. Luterus casti & humilis animi exēpla  
ad huc dederit, qui cū se hodie unū Christi uirtu  
tes recte imitari gloriēt, eo tñ sit ore atq; animo,  
ut cū omnibus ijs, q usq; erga principes contuma  
cia, erga pares fastidio, erga humiliores contē  
ptu iſignes unq; sunt habiti, de arrogatię p̄cipia  
tu summa cōtentione certare uideaſt. Sed cū fatis  
multa de hoīs morib⁹, nūc de ingenio & doctrīa  
ei⁹ pauca sunt dicēda, in qb⁹ qdē ita ille ſe iactat,  
ut uulgo penē p̄suaserit, unū ſe om̄iū uī religiōis  
atq; Christianę doctrīę ſciētiā tenere, q de reb⁹ tā  
obſcuris & abſtrusis tā ſubtiliē copioſeç; diſferat.  
E iiiij Perinde

Perinde quasi cæteros q ad perturbandā rēp. ac-  
cesserunt, neq; à natura, neq; ab literarū nostrarū  
cognitiōe ullo instructos mō fuisse existimem⁹,  
aut homini Christiano facile nō sit, de religione  
loqui, qd ab oīib⁹ seditiosis factitatū uidemus,  
longe uero difficultimū ē religione uiuere & pie  
sancteç scribere, qrum alterum à Lutero nō fieri  
ignorare iā non potestis, alterū ab eo minime ad  
huc factū esse, ut cognoscatis, mox operam dabi-  
m⁹. Sanè em⁹ tēpus qddā fuit, cū ego q nūc ab eius  
consilijs tantopere abhorrente uideor, nō secus ac  
uos de ipsius religiōe atq; cēstantia iudicarē, qp-  
pe cuius leuitatē prius cōiectura, q ipsius certissi-  
mis monimētis testatā cognoui, impietatē uero  
non ante opiniōe, q clarissimis libror⁹ eius uesti-  
gij⁹ expressam pspexi. Itaq; de eo (quē ex primis  
ipsius scriptis, quāq; iam tū cor⁹ genus non nemo  
q̄si sordidū, uulgare, horridū improbabat, ego tñ  
neq; indoctū esse hominē, neq; ineptū, neq; contē-  
nendū existimau, ex alteris, iam male sanū & au-  
dacē rabulā putau, ex postremis etiā impurū &  
sceleratū cognoui) ita nunc quidē sentio, ut uche  
menti qdem ingenio illū & acri & magno esse iu-  
dicem, sed cuius cōmendationē omnē, importuna  
animi

animi prauitate cuerterit, doctrīa uero euiusmodi quę neq; sane liberalis sit, neq; ex ipsis diuinorū librōrū hausta fontibus, neq; adeo ipsius etiā parta ingenio, sed ea planē quā p̄t̄m ex Hussianorū, p̄t̄m ex Valdensiū, ac cæterorū item factiosorū iā olim dānatis, atq; eō abditis & reconditis cōmentarijs corrogasse uideat. Neq; em̄ certe tertio q̄q; ferē uersu secum ipse pugnaret, & extra monstra atq; portēta, hoīe Christiano dignū aliqd s̄epiū afferet, si rationē, cū sacris Christianę Hebraicęq; historię monumētis sibi religiose habendā putasset. A quibus q̄bus qdem ille, quasi omniū sermone decātatis, & uulgarib⁹ reb⁹ abhorreſ, opt̄ia sui ocij opera in lectitandis qbusdā ingeniosis oīno illis, sed planē pditis, ac nullius iudicij consiliū ue authorib⁹, n̄s̄q; haud ita uulgo notis, peruerso ab uti maluit, spe nō dubia ductus uidelicet, se in cœlo imperitae multitudinis opiniōe statim futurū, si cū barbara illa declamādi licētia, ipsos religiōis Christianę principes maledicētis petulatissime nominatimq; figeret, tū uero quæ apud præclaros illos eruditioñis suę magistros in tenebris didicisset, ea in lucē ambitiose & magno uerborū strepitu omnia quasi mysteria quædā p̄ferret atq; enuntiat.

tiaret. Quæ quidem spes, ut eum omnino falsum non habuerit. Dedit eñi ei locum non ipsius quidē singularis ulla uirtus aut eruditio, quā sanè nulla adhuc eē video, sed flagitiosa multorum ubiq̄ sa-  
cerdotum uita atq̄ inscitia, quā quidem uel accu-  
fare uel uincere nullius planè sit negocij. Sed ut  
ea spes eum non oīno fefellerit, illud quidē certe  
nō uidit sic usu esse cōparatū, ut q̄ indoctis erudi-  
ti, malis boni, stultis sapientes uideri uolunt, ijdē  
indocti eruditis, stulti sapiētibus, mali bonis esse  
uideant. Verū de Luteri literis, atq̄ ipsius i sacris  
etīa rebus intelligētia, & si ex ijs quæ ad perscri-  
ptas & ab ipsomet editas, agnitasq̄ disputatiōes  
a nobis deinceps afferentur, uobis plenissime li-  
quere poterit, nihil me tamen ab re facturum ho-  
die puto, si qualis eius doctrīa existimari debeat,  
tū ex absurdis illius præceptis, tū ex sententiis  
ipsius inter se discordia uobis hic summatim indi-  
caro. Nihil eñi astute agere, nihil accusatorie di-  
cere constitui, tñ pauca quædā, ut adhuc feci eaq̄  
planè atq̄ latine uobis agnoscenda proponam,  
quæ cum cunctis facile sunt obvia, tū uero eam  
Mart. Luteri indolē significant, ut quātū eius au-  
thoritati tribuēdū iā sit, p se ipsa cuiuis planū sta-  
tim

## O R A T I O.

73

tim facere possint. Atq; ut ea hic mittā oīia, quæ  
aliqua uel rer; obscuritate excusari, uel ista distin-  
ctionū calliditate elabij posse uideant, q; in eo gra-  
uiter & præclare illū sibi constare arbitremini: q;  
cum se in primis illis disputationib; hominē esse,  
uere modeste q; esset fassus, hoc est eū q ignorati-  
one rer; & labi & decipi p;sepe posset, tñ arrogā-  
tissime postea uanissime q idētidē scripserit, neq;  
falli sc, neq; oīo errare iam posse, impiā credo,  
Aetiāni secutus sentētiā, qui hominē Cstristianū  
ulla in re posse falli negasset. Idē initio scriptorū  
suor; sape testatus, si quid noui de rep. cōsiliū ca-  
peret, afferret' ue, de eo se ī ipsius reip. potestate  
futur;, tātumq; sibi quantū illa suafisset, esse p; sua  
surū, tñ dicta tādē multa reip. & cōsilior; eius au-  
thoritati salute, se nihil ipsius iudiciū atq; sentētiā  
morari audacissime p;nuntiavit, q; p;pe q à se diui-  
nit̄ illa oīa excogitata esse, exploratū sibi esse di-  
ceret. Hac em̄ triā flagrat ambitiōe hō uentosissi-  
mus, ut q ab ipso quasi dictata quādā seditionorū  
reddunt, à magistris ne unq;, aut doctore ullo di-  
dicisse uideat. Illa uero q inter se bene cohærent;  
Neminē naturæ ipulsi peccare utpote q sit opti-  
ma, sed oīis nos sponte nřa, studioq; delinquere.

Rufus

Rursus, p Floriani insania, omnē humanæ mētis  
culpam, unius esse naturæ uitio attribuendā, quæ  
ppetuo furore exagitata, nos secū prēcipites age  
ret atq; raptaret. Iam illud, neminē esse unū neg;  
tam moribus sanctū, neq; deo tam acceptū, q nō  
mortem incredibiliter horreat, an non cum illo  
ipso acriter pugnat, multos hodie posse reperiri,  
quos diuīa charitas ita inflammet, ut ea quasi ar-  
mati, nullo planē mortis terrore teneantur. Eiusdē  
est incōstantiæ uelle à nobis peccatorū nostrorū  
cōscientiā, sacerdotibus omnē aperiri, & iterum  
nolle omnia, ne exitialia quidē scelera ,pferri atq;  
indicari. Quid, qd Petru cæteris duodecim uiris  
honoris gradu mō superiorem facit, mō parē, mō  
inferiorē? Quid, qd eundē ad illustria illa Christi  
rogata, tū de sua tū de omniū collegarū sentētia  
respondentē inducit? Quid, qd eidem in nobili il-  
la ,puinciarum sortitione hic Iudēam tm̄, illic so-  
lam Italiā obtigisse affirmat? Quid, qd summi Pō  
tificatus principatū alibi delendū esse argumēta-  
tur, alibi religiosum & nefas id esse contēdit? Nā  
de restituendæ nobis innocētiæ ratione, q turpi-  
ter secū ipse totis uoluminibus digladiebat, q alias  
nullum pontifica liberalitate animi crimē extin-  
gui

qui posse iudicet, aliâs nos eadē indulgentia no-  
xē eximi, & scelere liberari posse omni defendat,  
suo cōmodius à nobis ostendet loco. Atque ne in  
hs tñ, quæ ad superos maxie ptineant, leuitatē il-  
lum suam ,ppalā efferre contentū fuisse existime-  
tis, pgit porrò, cor quoq; quæ apud inferos gerā  
tur cōscius, neq; sanè internuntius indisertus. Sed  
qd ait tandem ? ijsdem oīno tum nondū expiatos  
bonor̄ manes, tum impiorū laruas illic exercerī  
pœnis, nec tñ ijsdem oīno, qd hæ, quibus nō modo  
nulla spes ostendať, sed ea etiā omnis præcisa sit,  
desperatione quoq; ipsa excrucient, illi explora-  
tam salutis rationē habeāt suę, atq; eo leuiore pœ-  
na defungant. Non hoc prorsus adhuc inconstan-  
tissime, si eodē in loco addubitans ille nec discre-  
tis operibus res tā diuersas docens attulisset. Illa  
uero q; ipsum ubiq; sui simillimū esse declarant.  
Manes cum nō dubia salutis spe teneant, tñ æter-  
nis addici posse supplicij. Eosdē dum expurgant  
semp sperare , imò uero desperare . Iam sperare  
quidē illos, sed spei suę esse ignaros, desperatiōis  
aut certos. Nam qd terreri eos uult & toqueri cū  
eternor̄ supplicior̄ metu, tū uero diuini uult° cō-  
tuitu, quē quasi mirifica quadā ira cundia inflam-  
matum

matum & horribilem & intolerabilē spectare cogantur, nec sustinere queant. Recte hoc fortasse, sed quod ipse tñ ad extremū funditus euertat, qui alio loco manes, neq; sempiternæ pœnæ formidine ita affici & affligi ostendere conetur, sed eos partim ex ea quā subitus diuinæ maiestatis conspectus nobis excitaret admiratione consternari atq; cōfundi, ptim qd incredibili ipsius amore incensi, incredibiliter semp timeant, ne deum imortalem non satis ipsi uenerent, & colant, quē omni honore, laude, gloria dignissimū esse iudicēt atq; pspiciant. Quid ego ut cæteris in rebus totus turpissime erret nec sibi ipse unq; conueniat hic memorē? Istius pfecto modi se se collidētib<sup>9</sup> sententijs tū conciones plurimæ, tum postrema eius opera ita æstuant oīa, ut si uel quēadmodū instiuerā, nudis uerbis turbidos eorū quasi fluctus pseq uelim, multis mihi sit & horis op<sup>9</sup>, & Luteriano plane stomacho, q̄ tot pfundissimę leuitatis insanięq; euripos sine grauiore ulla nausea pos sim trāsmittere. Quia qdē leuitate, cā ille causam uestrā certe cōstituit, ut etiā sine ullo alio uitio, si nc aduersario lāguētib<sup>9</sup> bonis oīb<sup>9</sup> ipsa p se statū ruitura sit. Quid cīn ad cā subuertēdā oppugnatiōne

One ulla opus est, quæ & ipsa suis sese telis labefactet apertissime, & authorē suum habeat hostem unum omniū infestissimum? Necq; enim iam disputationis modo gratia, qd à doctissimis uiris factum cognouimus, in utrāq; iste partem de redubia dubitanter uerecundeq; differit, sed utробiq; fidenter, nec insolenter minus & barbare dñi semper obtestans adiurat aut nihil oīno cum sentire, qui contra sentiat, aut etiam se nihil recusare, quin testificandæ comprobandæq; eius quancunq; ullo tēpore tueatur sententiæ causa, in ardē tem rogum nudus statim insiliat, mortē illic & incendijs pœnas libenter ppeturus nisi uera sint que cung; nobis contrā sancta maiorū nostrorū instituta persuadere conetur, qd cum facit, an non illū aut planè furere aut conceptis uerbis peierare supicari licet? Verum ut ridiculā & impudentē & immemorē hominis stultiā facile ppeti atq; pferre possimus, & illi qd iam pridē sibi sumpsit, pmittamus, ut effluente mente huc illuc cursitās qc quid alicubi uerū esse posuerit, idem alibi suo iure falsum esse ponet & cōtestetur. Nil em̄ ferē ne cōtra rēp. quidē adhuc attulit, qd nō suo ipsius more in dubiū uocarit, & idē iōe alio loco iffirmarit.

Sunt

Sunt em̄ hæ seditiosorū fraudes , hæc artificia q̄q̄ in Mart. Lutero nihilo insaniæ & iheritię minus & flagitosæ obliuionis q̄ uel malitię uel fallacię mihi nunc uideor p̄spicere. Sed ut ista, quēadmodum dicere cœperā, à nobis dissimulent̄, oīa etiā ne portēta illa æqui boni faciemus? P̄nes Iesum Christū, quē nos non mō ciuitatis nostræ authorem, & reip. præsidē agnoscimus, uerū etiā deum Opt. Max. esse prædicam⁹, nunq̄ neq; diuini neq; humani imperij ius, aut potestatē ullā fuisse. Veritus est scilicet uir religiosissim⁹, ne si Carpocratianorum & Abionitarū impietatē ipse non comprobasset, summi pontificatus authoritas funditus deleri non posset. Sed in hoc magnum quidam spectauit, maximi em̄ sacerdotij principatū, qđ Hussiani nunq̄ potuissent, à se facile euersum iri hac recepta sententia sperauit. In eo autē, qđā Christo duriores nobis impositas esse leges q̄ ut n̄s quisq̄ parere q̄at, Mahumete uidelicet auhore conquestus est, qđnā illum tandem intuitū putemus. Scelerū suor̄ impunitatem an Christianæ disciplinę euersionē an uero simul utrumq; Ego em̄ certe qđnā potissimū hic quærat, dicere nō habeo, haud sanē magis, q̄ cur arbitrio nostro nihili, neq;

## O R A T I O.

81

neq; liberum neq; integrum à deo relictū esse de-  
fendat. Nisi hoc fortasse agit, ut quæcunq; uel con-  
tra ipsam rēp. impie moliatur, ea oīa diuinę ascri-  
bēs, pudentię à se reijsiat & quasi fatali cuidā ne-  
cessitati assignet. Nam qd oēis ingenuas artes, &  
cuiuscunq; generis uirtutes execrat, quas tamen  
neq; apud nos quatuor illi constituendæ doctriæ  
Christianæ uiri Hieronym⁹, Augustinus, Ambro-  
sius, Gregorius, neq; apud græcos, Basilius, Chry-  
ſostomus, Origenes, Athanasius, in postremis ha-  
buere, sed qd hæc animi ornamēta atq; lumia me-  
ra ipsa scclera & cęcas quasdā humani ingenij pe-  
steis appellat, nihil oīno ab re sua facit alienū, hō  
sibi nimir; conscius, q̄ sit ipse nulla prorsus uel il-  
lustri optimar; artiū cognitione instructus, uel sin-  
gulari præstantissimar; laudū dignitate ornatus.  
Quod aut cum Arrianis negat, iusta mortuis ul-  
la persolui à nobis oportere, & quęcunq; de parē  
tandi sanctitate Po. Christianus iā inde ab initio  
religionis recepit, ipse planē repudiat, qs hoc illi  
non facile concedat & cognoscat homini q nunq  
litarit ipse, atq; iccirco tralaticia illa & puagatissi-  
ma temere arrepta sine fine impudentius nescias  
an imperitius iactitet? Cū preces nr̄as, & omne  
F sacrificiorū

sacrificiorum genus, deo esse inuisum & ingratū, tū uero in nobis nihil inesse neq; consiliū, neq; mētis, neq; rationis, neq; opis, aut siqd tale oīno fit, id nobis in exitiū, & apertā pñiciem nostrā tributum esse & à deo datum. Quò quidem etiā pertinet illud quod de dei opt. Max. in genus humanū tum inuidia tum odio firmissime cōprobabat. Et enim cum insanis eius sentētijs, uel furori potius, opponeretur Anacleti, Leōtis, Thomæ, Bonauenaturæ, ac item cæterorū quorum consecratae iam esent pridem & literæ, & uirtutes, amplissimorum uirorum autoritas, nec ille hæsitationis suæ exi-  
tum alium, credo, reperiret, non dubitanter ausus est affirmare homo omniū mortaliū, hic iam nō inuenio dignū eius importuna audacia & impe-  
ritia nomē, non exhorruit, inq; homo sacrilegus & parricida nefarius affirmare, qd dicā & horreo em ipse totus, cū qd ex ei<sup>o</sup> sententia dicitur<sup>r</sup> sum cogito, nihil dubitauit igit̄ affirmare diuina ple-  
runq; fieri uoluntate, ut reluctantēs & inuiti ipsi peccemus, idq; adeo eorū potissimū accidere min-  
sterio, q̄s ppter summā uitę integritatē atq; inno-  
centiā deus opt. Max. charissimos haberet. Roga-  
nus q̄ id tandem fieri mō pñunciet & dicet id q̄q; qñ  
hucusq;

hucusq; pgressi sumis: Ait uir diuinorum consiliorū particeps, ac idem eorum interpres unus & enarrator religiosissimus, solere à deo immortali, cū hoēs sua sponte nō satis insanire uideat, eos præcipue de sua mēte deturbari, aut illorū certe a nimis tenebras statim offundi, q̄rū mores atq; studia mortalib; ad bene beateq; uiuendū exēplo esse uoluisset. Ex eo fieri ut qcunq; taliū uirorū sequant̄ autoritatē, hoc est ut optimus quisq;, imprudentes in fraudē, in scelus & impietatē turpit̄ à deo opt. Max. & illo gñis humani conseruatore induerti, impulsi, coniecti, tū de deo sentiant & mereāt̄ pessie, cū se illi⁹ numini atq; uolūtati morte putat̄ gerere sanctissime atq; religiosissie. Nō cōfutabo hic eqdē barbarā homīs impuri impietatē, quæ cū ipsa p se sua incōstātia satis sit labefactata, tū uero tā est absurdā, & ab omni cōmuni sensu aliena, ut neminē hic quantūuis rudē & durum esse putē, quin si mō Christianus sit ea commemorata totus statī exhorruerit, uicēq; suā uehementē deluerit, qđ ad hæc animū aī nō aduerte rit, & aliq; humanæ mētis pturbatiōe oppressus, portentorū hīmoi atq; mōstrosarū opinionū fauso rē cōstātiss. atq; santiss. reip. iudicio anteposuerit.

F ij Ac

Ac pfecto cum hæc Mart. Luterus de summa ilia diuinę naturę bonitate tā impie ,pnuntiet, ut iā non minus uerbo quā antea re oēm funditus reli gionē tollat, cum hoīes deo acceptissimos, uī deū potius ipsum opt. Max. malorū geniorū furiarūq; ipsarū partibus fungi confirmet, non sanē video, neq; quēadmodū ipse se oīs erroris expertē esse, de q; tñ uno omniū apud uos gloriaē, cōpertū habere possit, q; uiros planē diuinos à deo ipso densa quadā & tetra ipietatis caligine occæcari iudi cet, neq; q; mō contra religionē sentire nō dicēd sit, & facere qui deū immortalē ex dānata Manichæi sententia malorū authorē constituat atq; defendat. Necq; uero interea homo cæteris in rebus memoria planē nulla & stult⁹ nec tā cęcus est, nec pditi illius consilij sui tā immemor, quin qd pluri mis mortaliū & gratū & iucundū fore speret, id his mōstris callide, neq; tñ non portentose semp admisceat. Cuius quidē gñis sunt illa, ut interdi etum certis anni dieb⁹, ouorū, quadrupedū, auīū, lactis cæterorumq; eodē pertinētiū in mensis u sum omni sublata religione repetamus, ne solen nia iejunia obseruemus, ne nos ipsi sacerdotibus Christiano ritu deferamus, qua tñ ex re cum se in magna

magna apud omnes sacerdotum ordines offensa  
futurū uideret, alia statim ratione ab ijs qui incō-  
tinētiores essent, gratiā inire instituit. Multis eñ  
ante omnia uerbis execratus eorū sententiā, q̄ sa-  
cerdotib⁹ cœlibatū indixissent, nō curionibus mō  
& sacrificulis oībus, sed ipsis etiā sacroꝝ Antistititi  
bus nescio an multar⁹ etiā nuptiar⁹, ducendæ cer-  
te uxoris ius atq; potestatē fecit. Verū nihil facile  
apd' impios popularius ea disputatiōe apparuit,  
qua ille improbis oībus p̄bare conatus est, nemí  
nem unū à Iesu Christo Christianę ciuitati esse p̄  
fectū, sed pari oēs in administranda rep. iure atq;  
potestate Ch̄rianos esse uoluissc. Quod qd' aliud  
tandē ē, nisi seditionissimo etiā stultissimo cuiq; sum  
mā pturbādæ, atq; adeo ipunc euertēdæ reip. fa-  
cultatē dare. Sed h̄moi sermo reijsiat in eū locū à  
nobis totus, ubi cū Luteri sententia q̄si pedē colla-  
turi sumus. Nunc eñ, qualis ei⁹ esset doctrīa, uo-  
bis breuiter significandū à me fuit. Atq; ita certe,  
ut mea qdē fert opinio, tota se res habet, à primis  
illis disputationibus, in qbus nescio q̄ recte (nam  
illas etiā uehementer à qbusdā improbari iam au-  
dio) ingeniose certe & argute nōnulla mihi qdē  
tractare est uisus, nunquā aliud in alio sceleratus

F iij miscere

miscere destituit. Nam primū uel summa illa Pōt. Maximi denunciatiōe incitatus, uel operarē suarū audacia & manu irritatus atq̄ elatus, ruerc statū capīt, & ita insanire, ut optimū quēq̄ totis uoluminibus consinderet, summū ipsum Pont. græco uerbo Christi hostē appellaret, Cōstantiensem illum conuentū, impiorē conciliabulū diceret. Sanctā heroum nostrorū memoriā cōtumeliosissime exagitaret, non priuatis parceret, non magistris, non principib⁹, nullius deniq̄ ordinis, ne p̄suis qđem reip. ullam oīno rationē duceret, id ipsum interim ubiq̄ confirmās, oēs nos desipere, oēs delirare, oēs dementes esse. Vnū se in rectā religionis uiā ingressum, & recta solū sapere, & errare iam nullo modo posse. Deinde quēcunq̄ à se ditiosissimo quoq̄ iā olim turbulentē excogitata essent, ea oīa undiq̄ colligere, collecta ipudenter explicare, explicata quasi diuinitus phata perditæ defendere atq̄ tueri instituit. Existimans, opinor, si singulos insigne aliqd & audax facinus nobilitare potuisset, se quidē fore omniū post hominū memoriā factiosorū longe notissimum, qui oēs un⁹ omniū seditionū causas tā lōgo interuallo repetitas audacissime retulisset. Quē qđē omnia

eo parū diligenter adhuc à uobis considerata esse  
arbitror, qd ille animos uestros rerū præsentium  
odio iā p se nō nihil cōmotos, feruidis suis etiam  
cōcionibus ita incēderit & inflāmarit, ut non qd  
ipse de deo, de religione, de rcp. de maiorū nostro  
rum institutis sentiret, sed q uehem̄ter, q nonun  
quā etiā uere, iusteç in mores, in uitia, in tēpora  
poraret, semp aīaduerteretis. Hoc eīn habet aspe  
rum illud & in criminādo uolucre atq; incitatū &  
uibrans orationis gen<sup>o</sup>, ut si in causam præsertim  
principū qrum nescio q modo semp grauamur i-  
perio, aut etiam minime popularē & inuidiosam  
apud hoīes minime malos exerceat, audientium  
animos facillime rapiat, plurimūç illi & qui di-  
cat, admirationis conciliet, & quem cōtra dicat,  
odij maleuolētiaeç statī concitet. Quod ipsum uo-  
bis hac in re usu uenisse, pfecto iā uidetis. Est eīn  
ut pbe scitis, cū ipse Mart. Luterus hō mire crimi-  
nosus, quiç in dieēdo, uerba celerit multa uoluēs  
atq; pfundēs stomacho sepe iracundiaç qsi iusta  
quadam indignatione effervescat, tum uero ea  
hominum ubiq; ferē improbitas atq; sacerdotum  
etiam multorū indignitas, ut qui se in eorū acrit  
insectandis uitijs exerceat, is non mō flagitia sua

F iiiij alienis

alienis criminibus facile tegat atq; occultet, sed q̄  
dam etiā sanctitatis ac religionis opinione uehe  
menter pbatus, eo potissimū nomine vulgo cōmē  
datur. Itaq; dū Mart. Luter⁹ nec sine ingenio, nec  
sine causa, nec sine cupiditate, tū uero singulari q̄  
dā audacia & uultu in primis atq; amictu ad po-  
pularē concionē cōpositū cū ciuitatis nostræ mo-  
ribus solute & acerbe rixantē, dum quorundā in  
repub. principū turpitudinē & infamiā publico  
odio subiçientē, dum atrocissimis uerbis & con-  
tēta uoce, de ariolis, de maleficiis nescio qb⁹ mul-  
erculis ostēta facientē attoniti miramini, dū uſ in  
eū mirificas q̄sdā pugnas, & tragicas suas cōme-  
moratē strages stupefacti intuemini, uſ ad certos  
eius cōmentarios in eandē ferē rationē feruentis  
sime conscriptos quasi ad saxa quædā adhæresci-  
tis, deniq; dum graui & cæco eor⁹ q̄ reip. pr̄esunt,  
odio ducti, in Luteri impietatē editos à doctissi-  
mis optimisq; uiris libros negligitis, aut siquādo  
in manus inciderūt uestras lente ac fastidose nec  
ullo eos ordine legitis. Sic eius quē unū adhuc di-  
ligenter & attentis aīs exaudistis tū oratiōis im-  
petu & nouitate, tum scriptor⁹ assiduitate q̄tidia-  
na capti, uincti, abducti fuistis, ut de ipso existi-  
maretis

maretis sanctissime, qui deo ac rep. Christiana  
sentiret pessime, & eos auersaremini quasi scele-  
stos, q̄s ne ille quidē adhuc negarit esse Christia-  
nos. Atqui Christianū esse hominē, hoc est tū de  
deo tū de religione nostra bene existimare satius  
est, etiā si non ab oībus humanis uitijs planē sis li-  
ber, q̄ si cū libidinis atq; om̄is avaritię sis expers,  
tū de deo sentias impie, de p̄suasione Ch̄ristiana lo-  
quare impure, de rep. ipsa consilia ineas scelera-  
tissime. Verū anteq; ad conuellendā oēm Mart.  
Luteri disputationis rationem aggrediamur, uos  
etiā atq; etiā admonitos uelim ne hoc difficultius  
excolendos uos nobis sanandosq; pr̄beatis, qd à  
uobis q̄ qdem hic estis oīno pauci, alios itē cōplu-  
reis in sententiā suā perduxisse ille uideař. Neq;  
eīm decet, neq; certe conuenit uos q̄s ego minime  
omniū agrestes esse scio, minimeq; p̄tinaces fore  
iudicaui, leuissimæ atq; pditissimæ ,puinciæ illius  
plebis multitudine temere cōmoueri, quę cum o-  
mniū rerū & sacrarū in primis sit imperitissima,  
tū uero nihil habeat in optatis prius q̄ ut pr̄sens  
reip. status quauis semp ratione cōmutet. Hi eīm  
sunt iā olim descripti & à sapientissimo quoq; no-  
tati multitudinis mores. Laudare pr̄terita, odif-

se præsentia, cupere futura, idq; eos ipsum optare, etiam ut nulla melioris spes status ostendatur. Quid illa igitur non facturā uel ausurā certe censendum est, si quis infinitæ licetiæ ac summæ impunitatis spem hancq; ipsam quasi deo authore uulgo afferat? Nā qd aliquot etiā non oīno pessimos neq; postremæ sortis hoīes cū Lutero facere, nullοq; negocio ab eo p̄suasos in istā sententiā protinus isse admiramini. Ego uero aliquādo sum miratus tñ in Christianorū hominū nōnullis inesse leuitatis, ut cū tanta de re etiā atq; etiā deliberandum esset, statū tñ & temere pluris sibi furiosi istius nebulonis somnia & optata q; perpetuū recipu. cōsensum atq; iudiciū faciundū existimarent. Verum postea q; circumspectis rebus oībus atq; etiā repetita ex literarū monumentis ueterum seditionū memoria, eoq; i primis mihi, p̄posito, qd & Christus ipse, & legati eius de cōcordia sanctæ ciuitatis s̄epius dissoluēda, sarcieidaq; prēdixissent, ipse me collegi euidem neq; rem secus adhuc cēdisse cognoui q; par fuerat, neq; aliū atq; ciuiiles superiorū temporum motus exitū habuissent, partes istas finē habituras esse iudicauit. Etenim cū haereses illæ alijs atq; alijs tēporibus nō p̄fecturā modo

mō aliquā ut hēc, aut etiā puinciam, sed uniuersum penē terrarū orbē summo plausu pugatae es-  
sent, pfectum est tñ cum amplissimi collegij con-  
stantia, atq; ipsorū Pontificū uirtute, tū bonorū cō-  
sensu atq; summa causē ipsius æqtate ut oēs tan-  
dem multitudinis q̄q; iudicio dānatæ & ad nihil  
redactæ pr̄sūs extinguerent. Quis Nestoreo qdā  
tpe uulgo gratiosior? qs Arrio aliqñ etiā poten-  
tior? qs Diocoro popularior? qs Mōtano secta-  
torū copijs munitior? qs Appollinari iuniore uel  
indifferēdo acutior? uel in sacrorū libroru lectionē  
diligētior? uel principū in rep. uirorū amicitijs il-  
lustrior? qd, an cæterarū factionū ducib⁹ autoritā-  
tē initio & multitudinis cōspirationē defuisse ar-  
bitramini? Floruerūt oēs opibus, floruerūt artib⁹,  
uiguerūt īgenio, cloquētia, īdustria. Ab oībus de-  
niq; uel naturæ, uel fortunæ, uel studiorū ornamē-  
tis instrūctiores illi cum fuissent & paratiōres q̄  
Mart. ipse Luter⁹ quantūuis ambitiosus, hodie uſ  
optare audeat, iacuerūt tñ ad extremū oēs, obso-  
letisq; & extinctis tandem eorū ptibus recuperauit  
ius suū resp. atq; ita recuperauit ut summi Pōt. &  
amplissi collegij decreta quāq; minē oīm popu-  
laria, sed seuera & iprobis tristia, ualerent tamē,  
camq;

camq; inter mortaleis omnes quā etiam nunc ha-  
bent authoritatē assequerent & obtineret. Et qā  
nōnullos uestrū repentina unius aut alterius mu-  
nicipij imperitæ multitudinis defectio, quasi diui-  
nitus facta religiosius cōmouere uidet, tñ abest  
ut id bonis diuinq; uoluntatis significationem det  
aliq; ut etiā maleficiadæ noxē fraudibus factū esse  
iudicetur. An non uidetis ita multitudinis inge-  
nio cōparatū esse, ut uulgaris deterrima quæq; ce-  
lerrime amplectāt̄ ad ea q; fint optima contan-  
tius semp & dissidētius accedat. Ecqd prisco illo  
deorū cultu turpi⁹ fuit, flagitosi⁹, scelerati⁹ cattū  
mortales oēs extra Iudeos & paucos de cæteris  
gentib⁹ sapientiores q̄sdā, nulla neq; sanē causa  
adducti, neq; ui maiore coacti eū statī cupidissimē  
cōplexi q̄si legitimū ac etiā de celo in terras de-  
missum diu p̄bauerunt. Ecqd cōtra Christi Opt.  
Max. uel doctrīa diuinus, uel uita sanctius, uel po-  
tētia illustrius unq; extitit. Ab eo tñ ipso ex omni  
populo hebræo cui qdē ille omniū uatū oraculis  
permisus esset, & expectat⁹, uix duodeci⁹ q̄s ad di-  
uinā causam adiungeret, repertos esse uiros nō  
ignoratis, atq; hos ipsos tā infirme aīatos ut uni-  
us cor p̄fidia p̄deretur, à religi⁹ metu desertus &  
destitutus

destitutus in sceleratas ac crudeles hostiū manus  
miserabiliter deueniret. Conferte (q̄s o) aliqñ Io-  
uis hoīs cōtaminatis. cōferte si lubet etiā Mahu-  
metis ipurissimi supstitiones cū sacrosancta & diui-  
na Christi opt. Max. religione atq; pietate, des-  
netis em̄, scio, istā desertorū uel transfigurā poti⁹  
multitudinē tātope admirari, quæ tñ iþa si nobis  
q̄ non humana & externa seditionor̄ uocabula i-  
duim⁹, sed unū Christi nomē seqm̄ur Christiani⁹  
& dici & esse uolum⁹. Si nobis inq̄ multitudo ista  
cōparet, ne exiguæ qdē priuati alicui⁹ familie ra-  
tionē ad celeberrimæ ciuitatis frequentiā habere  
reperiet. Atq; ut institutæ oratiōis exitū aliqñ ex-  
pediā q̄ties uobis in m̄tem ueniet, Luter⁹ paucis  
annis populariū suor̄ multos in sententiā istā ad  
duxisse, facite ut eodē respiciatis tpe primū q̄dnā  
hōminū genus cū eo in r̄cp. coniurarit, occurrent  
uobis scilicet p̄ter eos q̄s hic bene paucos honesti  
ores video, caupones tñ, stabularij, muliōes, lanij  
farctores, cupediarij, ganeōes, helluōes, decocto-  
res, fures, sicarij, percussores, latrones, ac reliqua  
istiusmodi hominū turba atq; colluicio, & q̄si qd-  
dā seditionū seminarium, q̄s quidem ille institu-  
tis suis nō ad bonam frugem traduxerit, hoc em̄  
&

& bonis omnibus optandum fuit & ab eo certe,  
qui se hodie Christianæ uirtutis æmulum unum  
esse gloriaretur præstandum, sed ad omnem ma-  
gis petulantiam, audaciam, immanitatem suis cō-  
cionibus & scriptis inflamarit. Deinde uobis  
proponite quibus uoluptatum illecebris, quibus  
licentia & impunitatis pollicitationibus miserā  
ac perditam illam plebis fecem allegerit, & ho-  
die uincetam teneat homo apud sobrios quidem  
& intelligentes rerum existimatores indocta ar-  
rogantia stultissimus, sed ad capiendos imperi-  
æ multitudinis concitandosq; vulgi animos ap-  
prime eruditus & longe post homines natos ue-  
terator improbissimus atque audacissimus. Tum  
uero cogitatote, turpissimas quasq; seditiosorum  
causas subitis incrementis qdē prouectas illas p-  
cessisse, sed nullis oīno radicib⁹ nixas, ad tristeis  
semper exitus atque fœdissimos casus prope-  
rasse. Rei uero publicæ & processus initio tar-  
dos fuisse, & statū grauissimis s̄epe tempestatib⁹  
iactatum multa discriminna subiisse, sed euentus  
tamen eiusmodi ut uictrix ad extremum pietas,  
& uictoriam de impietate iustissimam semper re-  
tulerit

tulerit, & gloriosissimum supercrisq; hominibusq;  
plaudentibus triumphum egerit.

## F I N I S.

## E R R A T A.

Folio. 12. linea. 18. subierint lege ,p suberint,

Folio. 27. linea. 22. audacia.

Folio. 47. linea. 14. sacrosanctos.

Folio. 69. linea ultima in coolum.

1576862

11.10.2004

Wetland vegetation and hydrology, Velds  
and grasslands in South Africa

21.11.

A. T. R. M. J. S.

Wetland vegetation and hydrology,  
Velds and grasslands in South Africa

21.11.2004